

30. PAULUS libro VII. ad Sabinum.—Dotem, quae in prius matrimonium data est, non aliter converti in posterius matrimonium dicendum est, quam quum hoc agitur, dum hoc agi semper interpretemur, nisi probetur aliud convenisse.

31. PAPINIANUS libro IV. Responsorum.—Quodsi non divortium, sed iurgium fuit, dos eiusdem matrimonii manebit.

32. POMPONIUS libro XVI. (1) ad Sabinum.—Si ex lapidicinis dotalis fundi lapidem vel arbores, quae fructus non essent, sive superficium (2) aedificii dotalis voluntate mulieris vendiderit, numi ex ea venditione recepti sunt dotis.

33. ULPIANUS libro VI. ad Sabinum.—Si extraneus sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus (3), imputabitur marito, cur eum non convenerit, maxime si ex necessitate, non ex voluntate dotem promiserat; nam si donavit, utcumque parcendum marito, qui eum non praecipitavit ad solutionem, qui donaverat, quemque in id, quod facere posset, si convenisset, condemnaverat; hoc enim Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos. Sed si vel pater, vel ipsa promiserunt, Iulianus quidem libro sexto decimo Digestorum scribit, etiamsi pater promisit, periculum respicere ad maritum; quod ferendum non est. Debebit igitur mulieris esse periculum, nec enim quidquam iudex propriis (4) auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de suo dotem promisit, non urserit ad exsolutionem, multo minus, cur ipsam non convenerit. Recte itaque Sabinus disposuit, ut diceret, quod pater vel ipsa mulier promisit, viri periculo non esse, quod debitor, id viri esse, quod alius, scilicet donaturus, eius periculo ait, cui acquiritur; acquiri autem mulieri accipiemus, ad quam rei commodum respicit.

34. IDEM libro XXXIII. (5) ad Sabinum.—Mater quum filiae aurum dedisset utendum, pater puellae id aurum in dotem viro adpendit, dein mortua est mater; si inscia invitave uxore vir id aurum in dotem dedisset, manet id aurum heredis matris vindicarique potest, et eo minorem dotem viro datam (6) esse placuit; quia res evicta est, marito competit adversus socerum actio.

35. IDEM libro XLVII. (7) ad Sabinum.—Dotem a patre vel a quovis alio promissam si vir novandi causa stipuletur, coepit viri esse periculum, quum ante mulieris fuisset.

36. IDEM libro XLVIII. ad Sabinum.—Debi-

(1) XIV., Hal.
 (2) superficiem, Hal. Vulg.
 (3) antequam dotem daret, inserta la Vulg.
 (4) propriis, Hal.

30. PAULO; Comentariorum ad Sabino, libro VII.—La dote que se dió para el primer matrimonio, se ha de decir que no se aplica á otro matrimonio posterior de otro modo, que si se conviene esto, interpretando nosotros que siempre se conviene esto, si no se probara que se convino otra cosa.

31. PAPINIANO; Respuestas, libro IV.—Pero si no hubo divorcio, sino disensión, la dote permanecerá siendo del mismo matrimonio.

32. POMPONIO; Comentariorum ad Sabino, libro XVI.—Si con la voluntad de la mujer hubiere vendido el marido piedra de canteras de un fundo dotal, ó árboles que no fuesen de fruto, ó la superficie de un edificio dotal, el dinero percibido por esta venta es de la dote.

33. ULPIANO; Comentariorum ad Sabino, libro VI.—Si fuera un extraño el que prometió la dote, y hubiera quedado faltar de bienes, se imputará al marido el no haberle demandado, mayormente, si había prometido la dote por necesidad, no por voluntad; porque si hizo una donación, de cualquier modo se ha de perdonar al marido que no apremió al pago al que había hecho la donación, y á quien habría condenado, si lo hubiese demandado, en lo que hubiese podido hacer; porque el Divino Pio contestó esto por rescripto, que los que son demandados por una liberalidad han de ser condenados en lo que pueden hacer. Pero si el padre ó ella misma la prometió, escribe ciertamente Juliano al libro décimo sexto del Digesto, que aunque el padre la prometió, el riesgo corresponde al marido; lo que no se ha de admitir. Deberá, pues, ser de la mujer el riesgo, porque el juez no oirá con sus propios oídos cosa alguna á la mujer que se queje de que no haya apremiado al pago á su padre, que de lo suyo prometió dote, y mucho menos de que no la haya demandado á ella misma. Y así, con razón resolvió Sabinó, al decir que lo que el padre ó la misma mujer prometió no está á riesgo del marido, y que lo que un deudor, estaba á riesgo del marido, y al decir que lo que otro, que, por ejemplo, hubiera de hacer una donación, está á riesgo de aquel para quien se adquiere; pero entenderemos que se adquiere para la mujer, á la que corresponde el provecho de la cosa.

34. EL MISMO; Comentariorum ad Sabino, libro XXXIII.—Habiendo dado la madre á su hija oro para que usase de él, el padre de la doncella dió en dote al marido este mismo oro, y después murió la madre; si ignorándolo la mujer, ó contra su voluntad, hubiese dado su marido este oro en dote, permanece siendo este oro del heredero de la madre, y puede ser reivindicado, y se determinó, que en esto fuese menor la dote dada al marido; y porque se hizo evicción de la cosa, compete acción al marido contra su suegro.

35. EL MISMO; Comentariorum ad Sabino, libro XLVII.—Si por causa de novación el marido estipulara del padre ó de otro cualquiera la dote prometida, comienza el riesgo á ser del marido, habiendo sido antes de la mujer.

36. EL MISMO; Comentariorum ad Sabino, libro

(5) XXVII., Hal.
 (6) et omnino rem in dotem viro datam non esse, Vulg.
 (7) XXXIII., Hal.

tor mulieris iussu eius pecuniam viro expromisit, deinde vir acceptam eam iussu mulieris fecit, res mulieri perit; hoc quomodo accipimus, utrum dotis nomine, an et si alia ex causa? Et videtur de eo debitore dictum, qui dotis nomine promisit. Illud adhuc subest, utrum ante nuptias, an post nuptias id factum sit, multum enim interesse videtur; nam si secutis nuptiis id factum est dote iam constituta, maritus accepto ferendo perdit dote, si autem antequam nuptiae sequerentur, nihil videtur doti constitutum esse;

37. PAULUS libro XII. (1) ad Sabinum.—non enim alias perit mulieri actio, quam si nuptiae secutae fuerint; nam si secutae non sunt, manet debitor mulieri obligatus.

38. ULPIANUS libro XLVIII. ad Sabinum.—Sane videndum est, an marito mulier, quae iussit accepto ferri, obligetur? Et putem obligari mandati actione, et hoc ipsum in dotem converti, quod mulier mandati iudicio obligata est; et quod dicitur, rem mulieri perire, consequens est, nam si coeperit velle (2) de dote agere, ipsa secum debet compensare iussum suum.

39. IDEM libro XXXIII. ad Edictum.—Si serva servo quasi dotem dederit, deinde constaute coniunctione ad libertatem ambo pervenerint peculio iis non adempto, et in eadem coniunctione permanserint, ita res moderetur, ut, si quae ex rebus corporalibus, velut in dotem tempore servitutis datis extiterint, videantur ea tacite in dotem conversa, ut earum aestimatio mulieri debeatur.

§ 1.—Si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitrator, castratus fuerit, necne, ut in castrato dicas dotem non esse; in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, et dos, et dotis actio est (3).

40. IDEM libro XXXIV. ad Edictum.—Divus Severus rescripsit Pontio Luciano in haec verba: «Si mulier, quae dotem dederat, post divortium rursus in matrimonium redit non revocatis instrumentis, non dubitabit is, apud quem res agetur, secundum voluntatem mulieris, quae utique non indotata redire in matrimonium voluit; partibus suis fungi, quasi renovata dote».

41. PAULUS libro XXXV. ad Edictum.—Promittendo dotem omnes obligantur, cuiuscunque sexus conditionisque sint.

§ 1.—Sed si nuptiae secutae non fuerint, ex stipulatu agi non potest; magis enim res, quam verba intuenda sunt.

XLVIII.—Un deudor de la mujer prometió por mandato de ella dinero al marido, después el marido lo dió por recibido por mandato de la mujer, y la cosa pereció para la mujer; ¿cómo entendemos esto, acaso con relación á la dote, ó también si por otra causa? Y parece que se habló de aquel deudor, que prometió á título de dote. Pero aún falta saber, si esto se haya hecho antes de las nupcias, ó después de ellas, porque parece que hay mucha diferencia; pues si esto se hizo verificadas las nupcias estando ya constituida la dote, el marido pierde la dote dando por recibido; pero si antes que se verificasen las nupcias, se considera que nada se constituyó en dote;

37. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XII.—porque la acción no se extingue para la mujer de otro modo, que si se hubieren verificado las nupcias; pues si no se verificaron, el deudor permanece obligado á la mujer.

38. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVIII.—Y á la verdad, se ha de ver, ¿si se obligará acaso al marido la mujer que le mandó que diese por recibido? Y yo opinaria, que se obliga por la acción de mandato, y que se convierte en dote esto mismo á que la mujer fué obligada por la acción de mandato; y es consiguiente lo que se dice, que la cosa perece para la mujer, porque si hubiere comenzado á querer ejercitar la acción de dote, ella misma deberá compensar consigo su propio mandato.

39. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXXIII.—Si una esclava hubiere dado á un esclavo alguna cosa como en dote, y después subsistiendo su unión hubieren llegado ambos á la libertad sin habérseles quitado el peculio, y permanecieren en la misma unión, la cosa se modera de suerte, que si existieren algunos de los bienes corporales dados como en dote en tiempo de la esclavitud, se consideren convertidos tácitamente en dote, de modo que á la mujer se le deba la estimación de ellos.

§ 1.—Si la mujer se hubiere casado con un espadón, opino que se ha de distinguir, si hubiere sido, ó no, castrado, de suerte que respecto del castrado digas que no hay dote; y respecto del que no está castrado, que hay dote, y acción de dote, porque hay matrimonio.

40. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXXIV.—El Divino Severo respondió por rescripto á Pontio Luciano en estos términos: «Si la mujer, que había dado la dote, volvió otra vez después del divorcio al matrimonio sin haber sido revocados los instrumentos, no dudará aquel ante quien se ventile el negocio, ejercer sus funciones, como si la dote hubiera sido renovada, conforme á la voluntad de la mujer, la cual ciertamente no quiso volver indotada al matrimonio».

41. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXV.—Promitiendo dote se obligan todos, de cualquier sexo y condición que sean.

§ 1.—Pero si no se hubieren verificado las nupcias, no puede ejercitarse la acción de lo estipulado; porque se ha de atender más á la realidad, que á las palabras.

(1) VII., Hal.

(2) cum debitore, inserta la Vulg.

(3) et dotem, et dotis exactionem esse, Hal.

§ 2.—Accepti quoque latrone dos constituitur, quum debitori marito acceptum (1) feratur dotis constituendae causa.

§ 3.—Si a debitore mulieris sub conditione dos promittatur, et postea, sed antequam maritus petere posset, debitor solvendo esse desierit, magis periculum ad mulierem pertinere placet; nec enim videri (2) maritum nomen secutum eo tempore, quo exigere non poterit. Quodsi iam tunc debitor, quum sub conditione promitteret, solvendo non fuerit, periculum viri esse, quod sciens tale nomen secutus videretur, quale initio obligationis (3) fuerit.

§ 4.—Si debitor mulieris dotem promiserit, et mulierem heredem reliquerit, Labeo perinde habendum ait, ac si (4) mulier ipsa dotem promisset; cuius sententiam Iulianus quoque probat, nec enim aequum esse ait, ut ei damnetur eius pecuniae nomine, quam ipsa debeat, et satis esse, acceptilatione eam liberari.

42. GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale. —Res in dotem datae, quae pondere, numero, mensura constant, mariti periculo sunt, quia in hoc dantur, ut eas maritus ad arbitrium suum distrahat, et quandoque soluto matrimonio eiusdem generis et qualitatis alias restituat vel ipse, vel heres eius.

43. ULPIANUS libro III. Disputationum. — Licet soleat dos per acceptilationem constitui, tamen si ante matrimonium acceptilatio fuerit interposita, nec nuptiae secutae, Scaevola ait, matrimonii causa acceptilationem interpositam non secutis nuptiis nullam esse, atque ideo suo loco manere obligationem; quae sententia vera est.

§ 1.—Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendae causa, si quidem nuptiae insecutae non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum; tunc enim credendum est, brevi manu acceptum a muliere, et marito datum; ceterum mulieri per liberam personam conditio acquiri non potest. Plane secutis nuptiis mulier soluto matrimonio dotis exactionem habebit, nisi forte sic accepto tulit extraneus, ut ipse, quoquo modo solutum fuerit matrimonium, conditionem habeat; tunc enim non habebit mulier actionem. Secundum quae constituta dote per acceptilationem et secutis nuptiis is effectus erit dotis exactioni, ut, si quidem pura sit obligatio, quae accepto lata est, non ipsa iam restituenda sit (5), sed solvenda dos secundum sua tempora. Sin vero obligatio in diem fuit, nec ante solutum matrimonium dies obligationis praeteriit, restauranda est in diem pristinum obligatio, et si debitum cum satisfactione fuerit, satisfactio renovanda est. Similique modo et si conditionalis fuerit obligatio, quae in dotem conversa est, et pendente obligatione divortium fuerit secutum, verius, obligationem sub eadem conditione restitui debere; sed si conditio extiterit

§ 2.—También se constituye la dote por aceptilación, cuando por causa de constituir la dote se le dá al marido deudor por recibida su deuda.

§ 3.—Si bajo condición se prometiera la dote por un deudor de la mujer, y después, pero antes que el marido pudiera pedirla, hubiere dejado el deudor de ser solvente, parece más bien que el riesgo corresponda á la mujer; porque no se considera que el marido aceptó el crédito en tiempo en que no pudiese exigirlo. Pero si ya el deudor no fuere solvente cuando la prometiese bajo condición, el riesgo es del marido, porque se considera que á sabiendas admitió aquel crédito, tal cual era al principio de la obligación.

§ 4.—Si un deudor de la mujer hubiere prometido la dote, y dejado por heredera á la mujer, dice Labeo, que esto se ha de considerar como si la misma mujer hubiese prometido la dote; cuya opinión aprueba también Juliano, porque dice que no es justo que á él se le perjudique por razón del dinero que ella misma deba, y que es bastante que se la libere por la aceptilación.

42. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XI.—Las cosas dadas en dote, que constan de peso, número y medida, están á riesgo del marido, porque se dan para esto, para que el marido las enajene á su arbitrio, y para que, cuando se haya disuelto el matrimonio, ó él, ó su heredero, restituya otras del mismo género y calidad.

43. ULPIANO; Disputas, libro III.—Aunque se suela constituir la dote por aceptilación, sin embargo, si se hubiere interpuesto la aceptilación antes del matrimonio, y no se hubieren verificado las nupcias, dice Scévola, que es nula la aceptilación interpuesta por causa de matrimonio no habiéndose verificado las nupcias, y que por lo tanto subsiste la obligación en su propio lugar; cuya opinión es verdadera.

§ 1.—Mas siempre que un extraño dá por pagado á un deudor por causa de constituir dote, si verdaderamente no se hubieren verificado las nupcias, no se verificará la liberación, á no ser acaso que lo haya dado por quitado de tal manera, que quiera que en absoluto se haya hecho donación á la mujer; porque entonces se ha de creer que la cosa se recibió por la mujer *brevi manu*, y que se la dió al marido; de otro modo no puede adquirirse para la mujer la condición por medio de persona libre. Pero á la verdad, verificadas las nupcias, tendrá la mujer, disuelto el matrimonio, la exacción de la dote, á no ser acaso que de tal modo haya dado el extraño por recibido, que él mismo tenga la condición, de cualquier modo que se hubiere disuelto el matrimonio; porque entonces no tendrá la acción la mujer. Según lo que, constituida la dote por aceptilación y verificadas las nupcias, la exacción de la dote producirá este efecto, que si verdaderamente fuera pura la obligación, que se dió por cumplida, ya esta misma no ha de ser restituida, sino que se ha de pagar la dote á su tiempo. Mas si la obligación fué á término, y no pasó el día de la obligación antes de haberse disuelto el matrimonio, se ha de reponer la obligación en su primitivo término,

(1) accepto, Hal.

(2) proderit (en lugar de videri), Vulg.

(3) in obligatione (en lugar de initio obligationis), Hal.

(4) Taur. según corrección del códice Fl.; dote, inserta la escritura original, Br.

(5) restauranda erit, Vulg.

constante matrimonio, ex die divortii tempora exactionis numerantur.

44. IULIANUS libro XVI. Digestorum.—Si pater filiae nomine dotem promisisset, et eam ante nuptias emancipasset, non resolvitur promissio; nam et quum ante nuptias pater moreretur, nihilominus heredes eius ex promissione obligati manebunt (1).

§ 1.—Quae debitorem filiumfamilias habet, si patri eius ita dotem promiserit: «quod mihi debes, vel quod mihi filius tuus debet, doti tibi erunt», non obligatur, sed efficit, ut id, quod actione de peculio servari a patre poterat, in dote sit. Marcellus: sive igitur cum filio posthac, sive cum patre agere instituerit, exceptione pacti conventi summovebitur; actione autem de dote si experietur, consequetur, quod in peculio fuisse apparuerit eo tempore, quo dos promittebatur; utique si post nuptias promissa (2), eius temporis peculium aestimari debet, quo nuptiae fierent.

45. TRYPHONINUS libro VIII. (3) Disputatio-num.—Quodsi nuptura debitori filiofamilias actionem duntaxat de peculio promisit, id, quod ex ea causa sibi deberetur, nuptiarum tempore inspicitur.

§ 1.—Si veró alii nuptura iussit filiumfamilias debitorem de peculio dotem promittere, tempus inspicitur, quo dos promissa est, ut tantum in peculio esse aestimaretur.

46. IULIANUS libro XVI. Digestorum.—Quem admodum invito domino servus stipulatus acquirat, ita, si dotem domini nomine sibi promitti patiat, obligatio domino acquiratur; sed neque periculum dominus praestare debet, si forte debitor mulieris dotem promiserit, neque culpam. Traditione quoque rei dotalis in persona servi vel filiofamilias facta dos constituitur, ita ut neque periculum, nec culpam dominus aut pater praestet. Igitur hanc dotem periculo mulieris esse dico, quamdiu dominus vel pater ratam promissionem vel donationem habuerit; ideoque etiam manente matrimonio res, quas tradiderit, conditione repetituram; item incerti conditione consecuturam, ut promissione liberetur.

§ 1.—Si debitori suo mulier nuptura ita dotem promisisset: «quod mihi debes, aut fundus Sempronianus doti tibi erit», utrum mulier vellet, id in dote erit; et si quidem debitum maluisset dotis nomine apud virum remanere, potest ea exceptione se tueri adversus petentem fundum; quodsi fundum dedisset, pecuniam (4) marito condicet.

y si se hubiere debido con fianza, se ha de renovar la fianza. Y del mismo modo, también si hubiere sido condicional la obligación, que se convirtió en dote, y pendiente la obligación se hubiere verificado el divorcio, es más cierto que debe ser restituida la obligación bajo la misma condición; pero si se hubiere cumplido la condición durante el matrimonio, se cuenta el término de la exacción desde el día del divorcio.

44. JULIANO; Digesto, libro XVI.—Si el padre hubiese prometido dote en nombre de su hija, y la hubiese emancipado antes de las nupcias, no se disuelve la promesa; porque también cuando el padre muriese antes de las nupcias, permanecerán, no obstante, obligados sus herederos en virtud de la promesa.

§ 1.—La que tiene por deudor á un hijo de familia, si á su padre le hubiere prometido la dote de este modo: «tendrás en dote lo que me debes, ó lo que tu hijo me debe», no se obliga, sino que hace que esté en dote lo que por la acción de peculio podía recobrase del padre. Y dice Marcelo: así pues, si después hubiere determinado ejercitar la acción ya contra el hijo, ya contra el padre, será repelida con la excepción del pacto convenido; mas si ejercitara la acción de dote, conseguirá lo que apareciere que hubo en el peculio al tiempo en que se prometía la dote; y ciertamente, si fué prometida después de las nupcias, debe estimarse el peculio con relación al tiempo en que se hicieran las nupcias.

45. TRIFONINO; Disputas, libro VIII.—Pero si la que se hubiera de casar con un hijo de familia, deudor suyo, prometió solamente la acción de peculio, se atiende, al tiempo de las nupcias, á lo que por esta causa se le debiese.

§ 1.—Mas si habiéndose de casar con otro mandó que un hijo de familia, su deudor, prometiera la dote sobre el peculio, se atiende al tiempo en que fué prometida la dote, para que se estime tanto cuanto hay en el peculio.

46. JULIANO; Digesto, libro XVI.—Así como contra la voluntad del señor adquiere para este el esclavo que estipuló, así se adquiere para el señor la obligación, si consintiera que en nombre del señor se le prometiera dote; pero el señor no deberá responder ni del riesgo, si acaso hubiere prometido la dote un deudor de la mujer, ni de la culpa. Constitúyese también la dote por la entrega de la cosa dotal hecha á la persona de un esclavo, ó de un hijo de familia, de tal suerte, que el señor ó el padre no responda ni del riesgo, ni de la culpa. Así, pues, digo que esta dote está á riesgo de la mujer, hasta que el señor ó el padre hubiere ratificado la promesa ó la donación; y que por lo tanto, habrá de repetir ella por la condición, aún subsistiendo el matrimonio, las cosas que hubiere entregado; y que asimismo habrá de conseguir por la condición de cosa incierta, que se le libre de la promesa.

§ 1.—Si habiéndose de casar una mujer con su deudor hubiese prometido así la dote: «tendrán en dote lo que me debes, ó el fundo Semproniano», estará en dote la que de estas dos cosas quiera la mujer; y si verdaderamente hubiese preferido que la deuda quede en poder del marido á título de dote, puede ampararse con esta excepción contra el que le pida el fundo; pero si hubiese dado el fundo, reclamará del marido por la condición el dinero.

(1) manerent, Hal.

(2) promissa est dos; si vero ante nuptias, Hal. Vulg.

(3) IX., Hal.

(4) a, insertan Hal. Vulg.

§ 2.—Pater, etiamsi falso existimans, se filiae suae debitorem esse, dotem promisisset, obligabitur.

47. IDEM libro XVIII. (1) *Digestorum*.—Si servo in dotem ante nuptias dato donatum aliquid vel legatum ante nuptias fuisset, ampliatur dos, sicut ex fructibus fundi, qui ante nuptias traditus est.

48. IDEM libro II. *ad Urseium Ferozem*.—Tali facta stipulatione: «decem in anno proximo dotis nomine dare spondes?» quaesitum est, annus ex quo tempore esset numerandus, utrum ex die stipulationis factae, an ex eo die, quo dos esse potuisset, id est nuptiarum? Et responsum est, ex die nuptiarum annum esse numerandum, ne, si aliter observaremus, si intra annum nuptiae factae non sint, videri possit dos ex ea obligatione (2) deberi.

§ 1.—Socer genero suo sic legaverat: «Lucio Titio filiae meae nomine centum heres meus damnas esto dare»; hanc pecuniam generum petere debere, exactam acceptam legatis referri (3), sed divortio facto de dote actionem mulieri reddendam Proculus respondit, et nihilominus dotis esse factam. Iulianus notat: imo nec filiae, si voluerit, deneganda est huiusmodi actio.

49. IDEM libro V. *ex Minicio* (4).—Vir ab eo, qui uxori eius dotem facere volebat, certam pecuniam eo nomine stipulatus est, deinde acceptam eam fecit; quaerebatur, essetne ea pecunia in dotem? Respondit, si acceptam non fecisset, et promissor solvendo esse desiisset, quaereremus, an culpa mariti ea pecunia exacta non esset; quum vero acceptam fecit, omnimodo periculum ad eum pertinebit, perinde enim est, ac si acceperit pecuniam, et eandem promissori donaverit.

50. AFRICANUS libro VIII. *Quaestionum*.—Quae fundum in dote habebat, divortio facto, quum in matrimonium rediret, pacta est cum viro, uti decem in dotem acciperet, et fundum sibi restitueret, ac datis decem, priusquam fundus ei restitueretur, in matrimonio decessit; illud ex bona fide est, et negotio contracto convenit, ut fundus, quasi sine causa penes maritum esse coeperit, condicatur.

§ 1.—Et hoc evidentiis circa actionem pignoratitiam apparebit; etenim si, quum fundum Cornelianum pignoris causa tibi tradidissem (5), postea ex conventionione fundum Titianum in hoc tibi tradiderim (6), ut Cornelianum mihi restitueres, minime, puto, dubitandum erit, quin statim recte pignoratitia ad recipiendum Cornelianum agere possim.

51. ULPIANUS libro II. *Responsorum*.—Si res, quas filiae emancipatae pater donavit, ex volun-

§ 2.—El padre, aunque hubiese prometido la dote juzgando falsamente que él es deudor de su hija, se obligará.

47. EL MISMO; *Digesto, libro XVIII*.—Si al esclavo dado en dote antes de las nupcias se le hubiese donado ó legado alguna cosa antes de las nupcias, se amplía la dote, como con los frutos del fundo, que se entregó antes de las nupcias.

48. EL MISMO; *Comentarios á Urseyo Feroz, libro II*.—Habiéndose hecho tal estipulación: «¿prometes dar diez en dote el año próximo?», se preguntó, ¿desde qué tiempo se habría de contar el año, acaso desde el día en que se hizo la estipulación, ó desde el día en que hubiese podido haber dote, esto es, desde el de las nupcias? Y se respondió, que se ha de contar el año desde el día de las nupcias, para que, si de otro modo lo contáramos, no pueda parecer que se debe la dote en virtud de esta obligación, si no se hubieran celebrado las nupcias dentro del año.

§ 1.—Un suegro había hecho á su yerno un legado de este modo: «esté obligado mi heredero á dar ciento á Lucio Ticio en nombre de mi hija»; Próculo respondió, que el yerno debe pedir este dinero, que cobrado se considera recibido por los legados, pero que hecho el divorcio se ha de restituir á la mujer la acción de dote, y que no obstante se hizo de la dote. Observa Juliano: antes bien, ni á la hija se le ha de denegar semejante acción, si la quisiere.

49. EL MISMO; *Doctrina de Minicio, libro IV*.—El marido estipuló, de quien queria dar dote á su mujer, cierta cantidad por esta razón, y después la dió por recibida; se preguntaba, ¿estaría este dinero en dote? Respondió, que si no lo hubiese dado por recibido, y el que lo prometió hubiese dejado de ser solvente, examinaríamos si es que no se habría cobrado este dinero por culpa del marido; pero cuando lo dió por recibido, á él le corresponderá en absoluto el riesgo, porque es lo mismo que si hubiere recibido el dinero, y se lo hubiere donado al prometedor.

50. AFRICANO; *Cuestiones, libro VIII*.—Una que tenía un fundo en dote, habiéndose verificado el divorcio, como volviere al matrimonio, pactó con el marido, que recibiese diez en dote, y que le restituyese á ella el fundo, y dados los diez, falleció en el matrimonio, antes que se le restituyera el fundo; es de buena fé, y conviene al negocio contratado, que sea objeto de la condición el fundo, cual si hubiere comenzado á estar sin causa en poder del marido.

§ 1.—Y esto aparecerá con más evidencia en cuanto á la acción pignoratitia; porque si habiéndose entregado yo por causa de prenda el fundo Cornelianum, después te hubiere entregado en virtud de convención el fundo Ticiano para esto, para que me restituyeras el Cornelianum, opino que de ninguna manera se habrá de dudar, que inmediatamente pueda yo ejercitar con derecho la acción pignoratitia para recuperar el fundo Cornelianum.

51. ULPIANO; *Respuestas, libro II*.—Si las cosas, que el padre donó á la hija emancipada, fueron da-

(1) XVI., Hal.

(2) non, insertan Hal. Vulg.

(3) referre, Hal. Vulg.

(4) IV., ex Minutio, Hal.

(5) Taur.; tradidisset, el código Fl., Br.

(6) Taur. según la escritura original; tradidit, según corrección del código Fl., Br.

tate eius postea in dotem pro ea datae sunt, a filia dotem, non a patre videri datam.

52. MARCIANUS libro III. Regularum.—Non solum si aestimatus fundus, sed etiam si non aestimatus in dotem datus est, et alias, quum necesse non habeat mulier duplum promittere, promisit; quia ipse fundus est in dote, quodcumque propter eum consecutus fuerit a muliere maritus, quandoque restituet mulieri de dote genti.

53. NERATIUS libro III. Membranarum.—Quum vir uxori donare vellet, debitor mulieris, qui solvendo non erat, dotem ei promisit; ad id duntaxat, ad quod solvendo fuit, viri periculo ea res est; et si quid debitori ad solvendum facultatis accesserit, periculum ad eam summam, quae accesserit, crescet, permanebitque, etiam si rursus pauperior factus erit, quia neque tum, quum dos promitteretur, donatio facta est, nisi eius pecuniae, quae a debitore servari non poterat, neque quum solvendo is esse coepit, donationis causa permaneat, quum eo loco res sit, quo esset, si tum quoque, quum promitteretur dos, locuples fuisset.

54. GAIUS ad Edictum Praetoris urbani titulo de Praedictoribus (1).—Res, quae ex dotali pecunia comparatae sunt, dotaes esse videntur.

55. PAULUS libro I. (2) ad Plautium.—Quum dotis causa aliquid expromittitur, fideiussor eo nomine datus tenetur.

56. IDEM libro VI. (3) ad Plautium.—Si is, qui Stichum mulieri debet, in dotem delegatus sit, et antequam solveret debitor, Stichus decesserit, quum neque per debitorem stetisset, quominus solveret, neque maritus in agendo moram fecisset, periculo mulieris Stichus morietur, quamquam, etiamsi moram maritus fecerit in exigendo, si tamen etiam apud maritum moriturus Stichus fuerit, actione dotis maritus non teneatur.

§ 1.—Ibi dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt.

§ 2.—Post mortem patris statim onera matrimonii filium sequuntur, sicut liberi, sicut uxor.

§ 3.—Quod dicitur, necessarias impensas ipso iure dotem minuere, non eo pertinet, ut, si forte fundus in dote sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse, sed, nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur. Sed si tantum in fundum dotalem impensum sit per partes, quanti fundus est, desinere eum dotalem esse Scaevola noster dicebat, nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Si pecunia et fundus in dote sint, et necessariae impensae in fundum factae, Nerva ait, dotem pecuniariam (4) minui. Quid ergo, si mulier impensas marito solverit, utrum crescet dos, an ex integro data videbitur? Cuius rei manifestior iniquitas in fundo est secundum Scaevolae

das después con su voluntad en dote á favor de ella, la dote se considera dada por la hija, no por el padre.

52. MARCIANO; Reglas, libro III.—No solo si un fundo se dió en dote estimado, sino también si inestimado, y si por otra parte, no teniendo necesidad la mujer de prometer el duplo, lo prometió; como quiera que el mismo fundo está en dote, todo lo que por causa del mismo hubiere recibido de la mujer el marido, lo restituirá en su caso á la mujer que ejercite la acción de dote.

53. NERACIO; Pergaminos, libro III.—Queriendo el marido hacer donación á la mujer, un deudor de la mujer, que no era solvente, le prometió dote; esta se halla á riesgo del marido solamente hasta lo que aquel fué solvente; y si le sobrevinieren al deudor algunos bienes para pagar, crecerá y subsistirá el riesgo hasta aquella suma que le hubiere sobrevenido, aunque de nuevo se hubiere hecho más pobre, porque ni cuando se prometió la dote se hizo donación sino del dinero que no se podía recobrar del deudor, ni cuando este comenzó á ser solvente subsiste la causa de la donación, estando el negocio en la situación en que estaría, si también entonces cuando se prometiese la dote hubiese sido solvente.

54. GAYO; Comentarios al Edicto del Pretor urbano, titulo de los compradores de predios en venta pública.—Los bienes que se compraron con dinero de la dote se considera que son dotaes.

55. PAULO; Comentarios á Plaucio, libro I.—Cuando se promete alguna cosa por causa de dote, se obliga el fiador que se dió por tal motivo.

56. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro VI.—Si el que á la mujer le debe á Stico hubiera sido delegado para la dote, y antes que el deudor pagase hubiere fallecido Stico, no habiendo ni consistido en el deudor, que no pagase, ni causado mora el marido al reclamar, Stico morirá en perjuicio de la mujer, si bien que, aun cuando el marido hubiere incurrido en mora al reclamarlo, si no obstante también hubiere de haber muerto Stico en poder del marido, no quede obligado el marido por la acción de dote.

§ 1.—La dote debe estar allí donde están las cargas del matrimonio.

§ 2.—Después de la muerte del padre inmediatamente pasan al hijo las cargas del matrimonio, como los hijos, y como la mujer.

§ 3.—Lo que se dice, que los gastos necesarios disminuyen de derecho la dote, no quiere decir que si acaso estuviera un fundo un dote, deje de ser dotal en alguna parte, sino que, si no se reintegrasen los gastos, se retenga ó parte del fundo, ó todo él. Pero si por partes se hubiera gastado en un fundo dotal tanto cuanto vale el fundo, decia nuestro Scévola, que este dejaba de ser dotal, si la mujer no hubiere ofrecido voluntariamente al marido dentro de un año los gastos. Si en la dote hubiera dinero y un fundo, y se hubieran hecho gastos necesarios para el fundo, dice Nerva, que se disminuye la dote pecuniaria. Luego, ¿qué, si la mujer hubiere pagado los gastos al marido, crecerá aca-

(1) Paulus libro I. ad Plautium, Hal.

(2) Idem libro VI., Hal.

(3) VIII., Hal.

(4) pecuniarum, Vulg.

nostri sententiam; nam si desinit dotalis esse, poterit alienari. Rursus quemadmodum poterit fieri dotalis data pecunia, an iam pecunia in dote esse videbitur? Et magis est, ut ager in causam dotis revertatur, sed interim alienatio fundi inhi-beatur.

57. IAVOLENUS libro I. ex Plautio.—Nuptura filiofamilias si socero dotem ita promiserit: «quod filius tuus mihi debet, id doti tibi erit», interesse puto, utrum filii obligatio, an patris persecutio et in rem versum promissione (1) contineatur. Nam si id, quod filium dare oportet, significatum est, tota pecunia, in quam filius obligatus est, promissione (2) dotis continebitur; sin autem id, quod patrem de peculio vel in rem verso praestare oportebit, aestimari (3) debet, quantum sit eo tempore id, quod promittitur, ut ea summa dotis esse videatur, qua (4) patrem eo tempore filii nomine condemnari oportebit (5); quodsi non evidenter apparuit, de cuius mulier obligatione sensit, praesumptionem ad filii debitum spectare verisimile est, nisi evidentissime contrarium approbetur.

58. CELSUS libro XIX. Digestorum.—Si sponsalibus nondum factis Titio dotem Seiae nomine promiseris, quum ea nubere ei nollet, tamen, si postea nupserit, dotem debebis, nisi aliae nuptiae mediae intervenissent.

§ 1.—Si mulier ancillam Pamphilam a Titio stipulata, deinde ei nuptura, quod is sibi debebat, doti habere permisit, etiamsi non erit viri Pamphila, an ipsa tamen Pamphila in dote et mulieris periculo erit, an et quod ea pepererit, reddi mulieri debet, (6) quia, si in sua causa prior stipulatio mansisset, non redderetur, nisi forte refert, habuerit rem, quam debebat vir, quo tempore dos constitueretur—nam ita poterit videri res ipsa ad eum pervenisse—an non habuerit? Nam si non habuerit, magis est, ut liberatio obligationis potius, quam res ipsa ad eum ita pervenisse videatur; ideoque partus eius non debetur.

59. MARCELLUS libro VII. Digestorum.—Si mulier ita dotem promiserit: «decem tibi, aut Titio doti erunt», hoc casu dici potest, vel Titio dari posse, sed de dote virum teneri, quemadmodum si Titio iussisset dari; nec mirum, quum etiam promissura viro dotem possit delegante eo alteri promittere, etsi dici solet, alii, quam marito dotis nomine mulierem non posse obligari. His enim casibus viro dos quaeritur, non enim existimabimus illam ita promisisse, quum vel de Titii nuptiis cogitaret.

§ 1.—Ex asse heres institutus rogatusque mu-

(1) *Hal.*; promissioni, *el código Fl.*
 (2) *Hal.*; promissioni, *el código Fl.*
 (3) *Hal. Vulg.*; aestimare, *el código Fl.*

so la dote, ó se considerará que se dió de nuevo? La injusticia de esto es más manifiesta en cuanto al fundo según la opinión de nuestro Scévola; porque si dejó de ser dotal, podrá ser enajenado. A su vez, ¿cómo podrá hacerse dotal el dinero dado, ó se considerará que ya el dinero estaba en dote? Y es más cierto, que el campo revierta á la condición de dote, pero que entretanto esté prohibida la enajenación del fundo.

57. JAVOLENO; Doctrina de Plaucio, libro I.—Si la que se habia de casar con un hijo de familia hubiere prometido la dote de este modo á su suegro: «tendrás en dote lo que tu hijo me debe», opino que importa saber, si se contenga en la promesa la obligación del hijo, ó la reclamación contra el padre también por lo que se convirtió en su provecho. Porque si se significó lo que el hijo debe dar, se contendrá en la promesa de la dote todo el dinero á que el hijo está obligado; mas si lo que deberá entregar el padre por el peculio ó por lo que se convirtió en su provecho, deberá estimarse cuánto sea en este tiempo lo que se promete, para que se considere que está en dote aquella suma por la que deberá ser condenado en aquel tiempo el padre en nombre del hijo; mas si no apareció con evidencia á qué obligación se refirió la mujer, es verosímil que la presunción se refiere á la deuda del hijo, si evidentemente no se probase lo contrario.

58. CELSO; Digesto, libro XIX.—Si no habiéndose celebrado todavía los esponsales le hubieres prometido dote á Ticio en nombre de Seiya, no queriendo esta casarse con él, si no obstante se hubiere casado después, deberás la dote, á menos que hubiesen mediado otras nupcias.

§ 1.—Si la mujer hubiere estipulado de Ticio la esclava Pánfila, y después habiéndose de casar con él le permitió tener en dote lo que él le debía, aunque Pánfila no fuere del marido, ¿estará sin embargo la misma Pánfila en dote y á riesgo de la mujer, ó deberá devolverse á la mujer también lo que aquella hubiere parido, porque, si la primera estipulación hubiese permanecido en su propio estado, no se devolvería, si acaso no importa que haya tenido la cosa, que debía el marido, al tiempo en que se constituía la dote—porque así podrá parecer que la misma cosa haya ido á poder de él—ó que no la haya tenido? Porque si no la hubiere tenido, es más cierto que se considere que así le correspondió á él más bien la liberación de la obligación, que la misma cosa; y por esto no se debe el parto de aquella.

59. MARCELO; Digesto, libro VII.—Si la mujer hubiere prometido así la dote: «tú ó Ticio tendrás diez en dote», en este caso puede decirse, que se le pueden dar también á Ticio, pero que el marido está obligado por la dote, del mismo modo que si hubiese mandado que se le diese á Ticio; y no es extraño, porque la que ha de prometer la dote al marido puede también, delegándolo él, prometerla á otro, aunque suele decirse, que la mujer no puede obligarse á otro que al marido por razón de la dote. Porque en estos casos la dote se adquiere para el marido, pues no estimaremos que ella la prometió así, pensando también en nupcias con Ticio.

§ 1.—El instituido heredero de toda la herencia,

(4) in quam, *Hal.*
 (5) oportuerat, *Hal.*
 (6) reddi—debetit, *consideranse añadidas por los copistas.*

lieri dodrantem hereditatis restituere iussu eius, quod debet, doti promisit marito; vereor, non sit obligatus, nam mulieri in hoc tenetur, ut hereditatem restituendo transferat actiones, et quas habet, et quibus est obstructus, quas transferre ad alium, quam cui debet fideicommissum, non potest. Aliquis dixerit, incerti cum eo agi posse, ut (1) fideicommissi praestet aestimationem; huic ego consentire non possum, nam obligari mulieris debitorem ita aequum est, si accipere id ipsum, quod ei debetur, vir potest. Sed ne indotata mulier esse videatur, dicendum est, ipsi mulieri ex Trebelliano restituendam esse partem hereditatis, quae ei relicta est, ut ea suo marito pro dote eam solveret, quia et ad eam fideicommissum, et onera eius pertinent, delegatione propter nimiam subtilitatem et casus necessitatem minime obtinente.

§ 2.—Eius nomine, quae libera videbatur, decem in dotem (2) dedisti; eo casu habebis conditionem, quo habere potuisses, si mulieris liberae nomine dedisses, nec nuptiae secutae essent. Si manumissa nupserit, ita demum dos erit, si ea mente dedisti, ut quandoque secutis nuptiis dos esset; igitur si mulieri donaturus dedisti, dominus condicet, quemadmodum si eum, qui sibi donaturus esset, mulieri ipsam donare iussisset.

60. CELSUS libro XI. *Digestorum*.—Quaero, quantae pecuniae dotem promittenti adultae mulieri curator consensum accommodare debeat? Respondit, modus ex facultatibus et dignitate mulieris maritique statuendus est, quousque ratio patitur.

61. TERENTIUS CLEMENS (3) libro III. *ad legem Iuliam et Papiam*.—Sive generalis curator, sive dotis dandae causa constitutus sit, et amplius doti promissum est, quam facultates mulieris valent, ipso iure promissio non valet, quia lege rata non habetur auctoritas dolo malo facta. Quaerendum tamen est, utrum tota obligatio, an quod amplius promissum est, quam promitti oportuit, infirmetur? Et utilius est dicere, id, quod superfluum est, tantummodo infirmari (4).

§ 1.—Iste autem curator res dotis nomine tradere debet, non etiam ut vendat cuilibet, et pretium eius in dotem det. Dubitari autem potest, an hoc verum sit; quid enim, si aliter honeste nubere non possit, quam ut pecuniam in dotem det, idque ei magis expediat? Atquin possunt res in dotem datae plerumque alienari, et pecunia in dotem converti. Sed ut expediatur quaestio, si quidem res in dotem maritus accipere maluerit, nihil amplius quaerendum est; sin autem non aliter contrahere matrimonium vir patitur, nisi pecuniis in dotem datis, tunc officium est curatoris, apud eundem intrare (5) iudicem, qui eum constituit, ut iterum ei causa cognita etiam viro absente per-

á quien se le rogó que restituyera á la mujer las tres cuartas partes de la herencia, por mandato de ella prometió en dote al marido lo que debía; temo, que no esté obligado, porque está obligado á la mujer á esto, á transferirle, al restituirla la herencia, las acciones, así las que tiene, como aquellas con que está obligado, las cuales no las puede transferir á otro sino á quien debe el fideicomiso. Alguien dirá, que puede ejercitarse contra él la acción de cosa incierta, para que entregue la estimación del fideicomiso; pero yo no puedo asentir á esto, porque es justo que el deudor de la mujer se obligue de este modo, si el marido puede recibir lo mismo que á ella se le debe. Pero para que no parezca que la mujer está indotada, se ha de decir, que en virtud del Senadoconsulto Trebelliano se le ha de restituir á la misma mujer la parte de herencia que se le dejó, para que ella la entregue en dote á su marido, porque á ella le pertenecen tanto el fideicomiso, como sus cargas, no valiendo en manera alguna la delegación por razón de la demasiada sutileza y de la necesidad del caso.

§ 2.—En nombre de la que parecía libre diste diez en dote; tendrás la condición en el caso en que hubieses podido tenerla, si los hubieses dado en nombre de una mujer libre, y no se hubiesen verificado las nupcias. Si manumitada se hubiere casado, solamente habrá dote, si los diste con la intención de que hubiese dote en cualquier tiempo que se hubieran verificado las nupcias; así pues, si los diste para hacer donación á la mujer, el señor tendrá la condición, lo mismo que si hubiese mandado, que el que á ella le hubiese de hacer la donación la donase á la mujer.

60. CELSO; *Digesto, libro XI*.—Pregunto, respecto de qué cantidad deberá prestar el curator su consentimiento á la mujer adulta que promete la dote? Respondió, que con arreglo á las facultades y á la dignidad de la mujer y del marido se ha de fijar la cuantía, hasta donde la comporta la razón.

61. TERENCIO CLEMENTE; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III*.—Ya si el curator fuese general, ya si hubiera sido nombrado para dar la dote, y se prometió en dote más de lo que valen los bienes de la mujer, no es válida de derecho la promesa, porque por la ley no se considera válida la autoridad ejercida con dolo malo. Pero se ha de ver, ¿caso se invalidará toda la obligación, ó lo que se prometió de más de lo que debió prometerse? Y es más conveniente decir, que tan sólo se invalida lo que hay de exceso.

§ 1.—Mas este curator debe entregar las cosas por razón de dote, no también para venderlas á cualquiera y dar su precio en dote. Pero puede dudarse, si esto sea verdad; porque, ¿qué se dirá, si no pudiera casarse convenientemente de otro modo que dando dinero en dote, y esto le conviniere más? Y sin embargo, las cosas dadas en dote pueden enajenarse las más de las veces, y su importe convertirse en dote. Mas para resolver la cuestión, si el marido hubiere ciertamente preferido recibir en dote las cosas, no se ha de averiguar nada mas; pero si el varón no quiere contraer matrimonio de otro modo que habiéndose dado dinero en dote, entonces es obligación del curator presentarse al

(1) Hal.; ut, omitela el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; dote, el código Fl.

(3) Τερεντιανός, (omittendo Κλεμ.), las Bas.

(4) Hal.; infirmare, el código Fl.

(5) impetrare, Hal.

mittat rerum venditione celebrata dotem constituere.

62. MODESTINUS libro V. Responsorum.—Titia, quum esset minor vigintiquinque annis, quartam hereditatis matris suae communem sibi cum fratribus mutavit, et accepit pro ea parte fundum, quasi emtione inter se facta; hunc fundum cum aliis rebus doti dedit; quaero, si in integrum restituitur, et partem suam accipiat (1) quartam, et reddat fundum, quid debeat maritus facere, an contentus esse debeat aliis rebus in dotem datis? Item quaero, si haec decesserit, et heredes eius in integrum restitutionem ex persona eius petierint, et ipsi petant quartam partem, et illi fundum, an maritus cogatur restituere fundum contentus in retentione lucri dotis ceteris rebus? Modestinus respondit, nihil proponi, cur marito dos auferenda sit; sed in meram aestimationem praedii mulier, vel eius heredes condemnandi sunt, in hoc tempus referendam, quo in dotem datus est.

63. IDEM libro singulari de Heurematicis (2).—Stipulatio de dote reddenda ab extraneo interposita facto divortio statim committitur, nec redintegrato matrimonio actio stipulatori quaesita intercidit; denuo igitur consentiente stipulatore dos constituenda est, ne sequenti matrimonio mulier indotata sit, si modo ea dos non ab ipsa profecta sit, quam alius permissu eius stipulatus est, tunc enim consensus eius non est necessarius.

64. IAVOLENUS libro IV. ex Cassio.—Post divortium mulier (3), si de dote maritus nihil cavit, et quum alii nupisset, postea ad priorem virum rediit, tacite dos ei redintegratur.

65. POMPONIUS libro V. ad Quintum Mucium.—Si legato aut hereditate aliquid servo dotali obvenit, quod testator noluit ad maritum pertinere, id soluto matrimonio reddendum est mulieri.

66. IDEM libro VIII. ad Quintum Mucium. (4)—Si ususfructus fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi a domino proprietatis detur, difficultas erit post divortium circa reddendum ius mulieri, quoniam diximus, ususfructum a fructuario cedi non posse nisi domino proprietatis; et si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum ususfructum. Quidam ergo remedii loco recte putaverunt introducendum, ut vel locet hunc ususfructum mulieri maritus, vel vendat numo uno, ut ipsum quidem ius remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat.

(1) Hal.; accipiet, el códice Fl.

(2) περί εδρεματικῶν, Hal.

(3) mulieri, Hal. Vulg.

mismo juez que lo nombró, para que á su vez le permita con conocimiento de causa aún en ausencia del marido constituir la dote, celebrada la venta de los bienes.

62. MODESTINO; Respuestas, libro V.—Ticia, siendo menor de veinticinco años, permutó con sus hermanos la cuarta parte de la herencia de su madre, que tenían en común, y recibió por esta parte un fundo, como si entre ellos se hubiera hecho una compra; este fundo lo dió en dote con otras cosas; pregunto, si fuera restituida por entero, y recibiera su propia cuarta parte, y devolviera el fundo, ¿qué deberá hacer el marido, deberá quizá contentarse con las otras cosas dadas en dote? Asimismo pregunto, si ella hubiere fallecido, y sus herederos hubieren pedido en nombre de ella la restitución por entero, y estos pidieran la cuarta parte, y aquellos el fundo, ¿será acaso obligado el marido á restituir el fundo contentándose con las demás cosas por vía de retención del lucro de la dote? Modestino respondió, que nada se propone para que se haya de quitar al marido la dote; pero que la mujer, ó sus herederos, han de ser condenados á la mera estimación del predio, la cual ha de referirse al tiempo en que fué dado en dote.

63. EL MISMO; Cuestiones nuevas, libro único.—La estipulación interpuesta por un extraño para que se devuelva la dote produce su efecto inmediatamente que se hizo el divorcio, y ni aún reconstituido el matrimonio fenece la acción adquirida para el estipulante; así pues, se ha de constituir la dote consintiéndolo de nuevo el estipulante, para que no esté indotada la mujer en el siguiente matrimonio, si es que de ella misma no haya provenido aquella dote, que otro estipuló con su permiso, porque entonces no es necesario el consentimiento de este.

64. JAVOLENO; Doctrina de Cassio, libro VI.—Si el marido no aseguró nada respecto de la dote, y la mujer después del divorcio, y habiéndose casado con otro, volvió luego á su primer marido, se le reintegra á este tácitamente la dote.

65. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro V.—Si por legado ó herencia correspondió á un esclavo de la dote alguna cosa, que el testador no quiso que perteneciera al marido, disuelto el matrimonio, aquella se le ha de devolver á la mujer.

66. EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro VIII.—Si á título de dote se me diera por el dueño de la propiedad el usufructo de un fundo, cuya propiedad no tenía mi mujer, habrá dificultad después del divorcio para devolver el derecho á la mujer, porque hemos dicho, que el usufructo no puede cederse por el usufructuario sino al dueño de la propiedad; y si se cediera á un extraño, esto es, á quien no tenga la propiedad, nada pasa á aquel, sino que el usufructo ha de revertir al dueño de la propiedad. En su consecuencia, con razón juzgaron algunos que por vía de remedio se había de establecer, ó que el marido dé en arrendamiento este usufructo á la mujer, ó que se lo venda por un sólo dinero, de suerte que el mismo derecho permanezca ciertamente en poder del marido, pero la percepción de los frutos corresponda á la mujer.

(4) libro V. ad Sabinum, Hal.

67. PROCULUS libro VII. Epistolarum. (1)—Proculus nepoti suo (2) salutem. Ancilla, quae nupsit, dotisque nomine pecuniam viro tradidit, sive sciat (3), se ancillam esse, sive ignoret, non poterit eam pecuniam viri facere; eaque nihilominus mansit eius, cuius fuerat, antequam eo nomine viro traderetur, nisi forte usucapta est, nec posteaquam apud eundem virum libera facta est, eius pecuniae causam mutare potuit; itaque nec factio quidem divortio aut dotis iure, aut per condictionem repetere recte potest, sed is, cuius pecunia est, recte vindicat eam. Quodsi vir eam pecuniam pro suo possidendo usucepit, scilicet quia existimavit, mulierem liberam esse, propius est, ut existimem, eum lucrificasse, utique si, antequam matrimonium esse inciperet, usucepit; et in eadem opinione sum, si quid ex ea pecunia paravit, antequam ea dos fieret, ita ut nec possideat (4) eam, nec dolo fecerit, quominus eam possideret.

68. PAPINIANUS libro X. Quaestionum.—Dotis promissio non ideo minus valebit, quod ignorante initio patre nuptiae non (5) fuerint, si postea consenserit, quum omnis dotis promissio futuri matrimonii tacitam conditionem accipiat. Nam et si minor annis duodecim ut maior deducta sit, tunc primum petetur, quum maior annis apud eundem esse coeperit; quod enim vulgatum est, dotis promissionem in primis duntaxat nuptiis destinari (6), neque durare obligationem, si post alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiserat, tunc locum habet, quum intercesserunt aliae nuptiae.

69. IDEM libro IV. (7) Responsorum.—Quum post divortium viro sciente mulier in possessione (8) praediorum, quae in dotem promisit, longo tempore fuerit, convenisse tacite videtur, ne dos, quae promissa fuerat, petatur; et si petere ea coeperit, pacti exceptione a muliere repellitur.

§ 1.—Mulier pecuniam sibi debitam a Seio cum usuris futuri temporis in dote promittenda demonstravit; eas quoque dotis portionem esse, quarum dies post nuptias cessit, rationis est.

§ 2.—Usuras dotis in stipulatum cum dote post divortium deductas ex die secundi matrimonii non esse praestandas placuit, quia nec sortis exactio locum habere coepit; medii autem temporis debentur.

§ 3.—In domum absentis uxore deducta nullis in eam interea ex bonis viri sumtibus factis ad exhibitionem uxoris promissas usuras reversus vir improbe petit.

§ 4.—Gener a socero dotem arbitrato soceri certo die dari, non demonstrata re vel (9) quantitate stipulatus fuerat; arbitrio quoque detracto stipu-

67. PRÓCULO; Epistolas, libro VII.—Próculo saluda á su nieto. La esclava que se casó y á título de dote dió á su marido cierta cantidad, ya sepa que ella es esclava, ya lo ignore, no podrá hacer del marido este dinero; el cual, sin embargo, continua siendo de aquel de quien habia sido antes que por tal título se le entregase al marido, si acaso no fué usucapido, y ni aún después que ella se hizo libre en poder del mismo marido, pudo cambiar la condición de este dinero; así pues, ni ciertamente habiéndose hecho el divorcio puede reclamarlo convenientemente ó por derecho de dote, ó por la condición, sino que legítimamente lo reivindica aquel de quien es el dinero. Pero si el marido usucapió este dinero poseyéndolo como suyo, á saber, porque creyó que su mujer era libre, estoy más propenso á pensar que se lucró con él, por supuesto, si lo usucapió antes que comenzase á existir el matrimonio; y de la misma opinión soy, si compró alguna cosa con este dinero antes que se constituyese en dote, de suerte que ni lo posea, ni con dolo hubiere hecho que no lo poseyera.

68. PAPINIANO; Cuestiones, libro X.—La promesa de dote no será menos válida, porque por ignorarlas en un principio el padre no hayan existido las nupcias, si después hubiere consentido, pues toda promesa de dote contiene la condición tácita de futuro matrimonio. Porque también si la menor de doce años hubiera sido tomada por mujer como mayor, será reclamada tan pronto como en poder del mismo hubiere comenzado á ser mayor de dichos años; porque lo que vulgarmente se dice, que la promesa de dote se aplica únicamente á las primeras nupcias, y que no subsiste la obligación, si después del matrimonio con otro se casara la mujer con aquel á quien habia prometido la dote, tiene lugar solamente cuando mediaron otras nupcias.

69. EL MISMO; Respuestas, libro IV.—Cuando después del divorcio hubiere estado largo tiempo la mujer, sabiéndolo el marido, en posesión de los predios que prometió en dote, se considera que tácitamente se convino, que no se pidiese la dote, que se habia prometido; y si hubiere comenzado á pedirla, será repelido por la mujer con la excepción del pacto.

§ 1.—Una mujer designó al prometer la dote la cantidad que por Seio se le debía, con los intereses del tiempo futuro; es razonable que sean parte de la dote también aquellos cuyo vencimiento llegó después de las nupcias.

§ 2.—Se determinó, que los intereses de la dote, comprendidos después del divorcio en estipulación con la dote, no se han de satisfacer desde el día del segundo matrimonio, porque no comenzó á tener lugar aún la exacción del capital; pero se deberán los del tiempo intermedio.

§ 3.—Llevada la mujer á la casa de su marido ausente, y no habiéndose hecho mientras tanto para ella ningunos gastos de los bienes del marido, malamente pide el marido á su regreso los intereses prometidos para mantenimiento de la mujer.

§ 4.—Un yerno habia estipulado, no habiéndose señalado cosa ó cantidad, que por el suegro se daría en cierto día la dote á arbitrio del mismo sue-

(1) ἐπιστολῶν, Hal.

(2) nepti suae, Hal.

(3) Hal.; sciet, Taur. según corrección del código Fl.; sciret, la escritura original, Br.

(4) Hal.; possidet, el código Fl.

(5) non, omitela Hal.; factae, (en lugar de non), Vulg.

(6) Hal.; destinare, el código Fl.

(7) III., Hal.

(8) Hal.; possessionem, el código Fl.

(9) re vel, omitelas Hal.

lationem valere placuit, nec videri simile, quod fundo non demonstrato nullum esse legatum vel stipulationem fundi constaret, quum inter modum constituendae dotis et corpus ignotum differentia magna sit; dotis etenim quantitas pro modo facultatum patris et dignitate mariti constitui potest.

§ 5.—Nuptiis ex voluntate patris puellae cum filio tutoris iure contractis, dos pro modo facultatum et dignitate natalium recte per tutorem constitui potest.

§ 6.—Patrona dotem pro liberta iure promissam, quod extiterit ingrata, non retinebit.

§ 7.—Quum res in dotem aestimatas soluto matrimonio reddi placuit, summa declaratur, non venditio contrahitur; ideoque rebus evictis si mulier bona fide eas dederit, nulla est actio viro, alioquin de dolo tenetur.

§ 8.—In dotem rebus aestimatis et (1) traditis, quamvis eas mulier in usu habeat, viri dominium factum videretur (2).

§ 9.—Partum dotialium ancillarum dotis esse portionem convenit; ideoque frustra pacisci virum, ut inter uxorem et se partus communis sit.

70. PAULUS libro VI. *Quaestionum*.—In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

71. IDEM libro XIII. (3) *Quaestionum*.—Quum dotem mulieris nomine extraneus promisit, mulieris periculum est; sed si maritus nomen secutus usuras exegerit, periculum eius futurum respondetur.

72. IDEM libro VIII. *Responsorum*.—Mulier bona sua omnia in dotem dedit; quaero, an maritus quasi heres oneribus respondere cogatur? Paulus respondit, eum quidem, qui tota ex repromissione dotis bona mulieris retinuit, a creditoribus conveniri eius non posse, sed non plus esse in promissione bonorum, quam quod superest deducto aere alieno.

§ 1.—[73.] (4) Paulus respondit, in rebus dotialibus etiam patrem mariti dolum et culpam praestare debere.

§ 2.—[74.] (5) Paulus respondit, si mulier de suo dotem dedit, et adhibuit matrem, quae stipularetur, potuisse eam postea instrumentum dotiale mutare.

73. [75.] IDEM libro II. *Sententiarum*.—Mutus, surdus, coecus dotis nomine obligantur, quia et nuptias contrahere possunt.

§ 1.—Manente matrimonio non perditurae uxori ob has causas dos reddi potest, ut sese suosque alat, ut fundum idoneum emat, ut in exilium, ut (6) in insulam relegato parenti praestet alimonia (7),

gro; se determinó, que aún prescindiéndose de la cláusula á su arbitrio, era válida la estipulación, y que no se considera que haya de ser lo mismo porque conste que no habiéndose designado un fundo es nulo el legado ó la estipulación del fundo, como quiera que haya grande diferencia entre la cuantía de la dote que se ha de constituir y un objeto desconocido; porque la cuantía de la dote puede constituirse á proporción de las facultades del padre y de la dignidad del marido.

§ 5.—Habiéndose celebrado legalmente con voluntad del padre las nupcias de una joven con el hijo de su tutor, legalmente puede constituirse la dote por el tutor con arreglo á los bienes y á la dignidad del nacimiento.

§ 6.—La patrona no retendrá la dote en derecho prometida por su liberta, porque esta hubiere sido ingrata.

§ 7.—Cuando se pactó que disuelto el matrimonio se devuelvan los bienes dados estimados en dote, se declara la suma, y no se celebra venta; y por esto, hecha la evicción de los bienes, si la mujer los hubiere dado de buena fé, no tiene ninguna acción el marido, y de otro modo, está ella obligada por el dolo.

§ 8.—Estimados y entregados los bienes constituidos en dote, aunque la mujer los tenga en uso, se consideraría que el dominio se hizo del marido.

§ 9.—Conviene que el parto de las esclavas de la dote sea parte de la dote; y que por lo tanto en vano pacte el marido, que el parto sea común para él y su mujer.

70. PAULO; *Cuestiones, libro VI*.—En los casos dudosos es mejor responder á favor de las dotes.

71. EL MISMO; *Cuestiones, libro XIII*.—Cuando un extraño prometió la dote en nombre de la mujer, el riesgo es de la mujer; pero si el marido, habiendo aceptado el crédito, hubiere cobrado los intereses, se responde que el riesgo ha de ser de él.

72. EL MISMO; *Respuestas, libro VIII*.—Una mujer dió en dote todos sus bienes; pregunto, ¿será acaso obligado el marido á responder de las cargas como si fuese heredero? Paulo respondió, que verdaderamente el que retuvo en virtud de la promesa de dote todos los bienes de la mujer, no podía ser demandado por los acreedores de ella, pero que en la promesa de los bienes no hay más que lo que resta, deducidas las deudas.

§ 1. [73.]—Paulo respondió, que respecto á los bienes dotales también el padre del marido debe responder del dolo y de la culpa.

§ 2. [74.]—Paulo respondió, que si la mujer dió la dote de lo suyo, y presentó á su madre para que estipulase, pudo ella después cambiar la escritura dotal.

73. [75.] EL MISMO; *Sentencias, libro II*.—El mudo, el sordo y el ciego se obligan por razón de la dote, porque también pueden contraer nupcias.

§ 1.—Durante el matrimonio puede devolverse la dote á la mujer, que no la haya de perder, por estas causas, para que se alimente ella y á la familia, para que compre un fundo convenient-

(1) et, omitela Hal.

(2) videtur, Hal.

(3) III., Hal.

(4) Según ediciones vulgares.

(5) Según ediciones vulgares.

(6) vel, al margen interior del código Fl.

(7) alimonia, Hal. Vulg.

aut ut egentem virum, fratrem sororemve sustineat.

74. [76.] HERMOGENIANUS *libro V. iuris* (1) *Epitomarum*. (2)—Si sponsa dotem dederit, nec nupserit, vel minor duodecim annis ut uxor habeatur, exemplo dotis conditioni favoris ratione privilegium, quod inter personales actiones vertitur, tribui placuit.

75. [77.] TRYPHONINUS (3) *libro VI. Disputationum*.—Quamvis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est; et merito placuit, ut si in dotem fundum inaestimatum dedit, cuius nomine duplae stipulatione cautum habuit, isque marito evictus sit, statim eam ex stipulatione agere posse. Porro cuius (4) interest, non esse evictum, quod in dote fuit, quodque ipsa evictionem (5) pati creditur ob id, quod eum in dotem habere desiit, huius etiam (6) constante matrimonio, quamvis apud maritum dominium sit, emolumentum potestatem esse creditur, cuius etiam (7) matrimonii onera maritus sustinet.

76. [78.] IDEM *libro IX. Disputationum*.—Si pater mulieris mortis suae causa dotem promiserit, valet promissio; nam et si in tempus, quo ipse moreretur, promississet, obligaretur. Sed si convalescerit, cur ei non remittatur obligatio per conditionem, atque (8) si stipulanti quis alius promississet, aut dotem alicuius nomine—nam ut corporis vel pecuniae translatae, ita obligationis constitutae mortis causa condicio est—? Non idem dicendum est in persona mulieris, si mulier mortis suae causa dotem promiserit, quia nisi matrimonii oneribus serviat, dos nulla est.

77. [79.] IDEM *libro X. Disputationum*.—Si mulier debitori suo, qui sub usuris debebat, nuptura dotem promississet, quod is sibi deberet, post contractas nuptias secuti temporis usuram non esse dotales, quia illa obligatio tota tolleretur, perinde ac si solutum debitum mulieri in dotem ab ea datum esset.

78. [80.] IDEM *libro XI. Disputationum*.—Quum in fundo mariti habens mulier usufructum dotis causa eum marito dedit, quamvis ab ea usufructus decesserit, maritus tamen non usufructum habet, sed suo fundo quasi dominus utitur, consecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non separatam (9) usufructu; nec est, quod non utendo maritus amittat. Divortio autem facto constituet in eodem fundo usufructum mulieri. Quodsi

te, para que preste alimentos á su ascendiente desterrado, ó relegado en una isla, ó para que mantenga á su marido necesitado, á su hermano ó á su hermana.

74. [76.] HERMOGENIANO; *Epítome del derecho, libro V.*—Si la esposa hubiere dado dote, y no se hubiere casado, ó fuese menor de doce años para que sea considerada como mujer, pareció bien que, como por la dote, se le concediera por razón de favor para la condición el privilegio que se comprende entre las acciones personales.

75. [77.] TRIFONINO; *Disputas, libro VI.*—Aunque la dote esté en los bienes del marido, es sin embargo de la mujer; y con razón se determinó, que si dió en dote un fundo inestimado, por razón del que tuvo caución con la estipulación del duplo, y se hubiera hecho la evicción del mismo al marido, puede ella ejercitar desde luego la acción de la estipulación. A la verdad, de aquella á quien interesa que no se haya hecho evicción de lo que estuvo en dote, y que se considera que ella misma sufre la evicción por esto, porque dejó de tener aquel en dote, de esta, de cuyo matrimonio también sostiene el marido las cargas, se entiende que es asimismo, durante el matrimonio, aunque el dominio esté en poder del marido, la facultad de percibir los emolumentos.

76. [78.] EL MISMO; *Disputas, libro IX.*—Si el padre de la mujer hubiere prometido la dote por causa de su propia muerte, es válida la promesa; porque también se obligaría, si la hubiese prometido para el tiempo en que él muriese. Pero si hubiere sanado, ¿por qué no se le remitirá la obligación por la condición, como si otro cualquiera hubiese prometido al que estipulase, ó hubiese prometido la dote en nombre de cualquiera—porque así como de un objeto ó de dinero transferido, hay la condición de una obligación constituida por causa de muerte—? No se ha de decir lo mismo respecto á la persona de la mujer, si la mujer hubiere prometido la dote por causa de su propia muerte, porque no hay dote, si no sirve para las cargas del matrimonio.

77. [79.] EL MISMO; *Disputas, libro X.*—Si la mujer que había de casarse con un deudor suyo, que le debía con intereses, hubiese prometido en dote lo que aquel le debiese, no son dotales los intereses del tiempo transcurrido después de celebradas las nupcias, porque se disolvería toda aquella obligación, lo mismo que si la deuda pagada á la mujer hubiese sido dada por ella en dote.

78. [80.] EL MISMO; *Disputas, libro XI.*—Cuando la mujer que tenía el usufructo sobre un fundo del marido se lo dió al marido por causa de dote, aunque de ella se haya separado el usufructo, no tiene sin embargo el marido el usufructo, sino que usa de su fundo como dueño, habiendo conseguido por la dote la plena propiedad del fundo, no separada del usufructo; y no hay medio de que el marido lo pierda por el no uso. Mas verificado el

(1) *Br. considera iuris añadida por antiguos copistas; pe- no no Taur.*

(2) *ἐπιτομῶν, Hal.*

(3) *Taur.*; Tryphoninus, *el código Fl.*

(4) *agere posse pro eo, quod eius interest, Hal.*

(5) *evictione, Hal. Vulg.*

(6) *huc enim, Hal.*

(7) *causa, inserta Hal.*

(8) *Taur. según corrección del código Fl.; at, la escritura original.*

(9) *ab, insertan Hal. Vulg.*

in matrimonio decesserit uxor, nihil emolumentum ob dotem habere videtur maritus, quia, etsi uxorem eam non duxisset, fructuariae morte finitus ususfructus ad proprietatem rediret; ideoque nec in funus confert mulieris.

§ 1.—Plane si pater filiae nomine, qui in fundo generi ususfructum habebit (1), dotis constituendae gratia eum dederit, et in matrimonio mortua fuerit, habebit ex sua persona ususfructus petitionem.

§ 2.—Quodsi mulier in fundo suo marito ususfructum dotis causa constituerit, tunc ex mariti persona erit ususfructus proprie, qui et non utendo ipsi (2) pereat; quod si acciderit, videamus, an etiam nunc dotata sit mulier? Et, si quidem dominium apud mulierem est fundi, ad quem reversus est ususfructus, nihil iam in dote habet, quod actione dotis consequatur ab eo, cui, quod non utendo amisit ususfructum, imputari non potest, ex quo ipsa lucrum habet; ideoque indotata erit. Quodsi alienaverit uxor proprietatem, quae sine ullo mulieris emolumento plenior facta est, adhuc dotata est, quia dotis actione teneri debet maritus, qui, quando licuit usufructu uti, amisit eum non utendo; nam si habere perseverasset ususfructum ad divortium, commodo mulieris cederet eius restitutio, quia, etsi non protinus ad ipsam transiret, tamen vel (3) pretio, vel beneficio, sine incommodo mulieris ad proprietatem revertetur (4). Si autem ususfructum maritus non amisit, morte mulieris non finitur ususfructus apud maritum. Divortio autem facto, primo videamus et in hac, et in superiore specie, an pro rata temporis eius anni dividantur fructus; quod probandum est. Ipsius autem restitutio ita fiet, ut habenti mulieri fundum ususfructus cedatur, et ita cum proprietate consolidetur. Sed etsi non sit fundi domina, nihilominus competit dotis actio, ut dimittat a se maritus ususfructum; nam vel ex emto actione adhuc, ut ususfructum praestet, mulier tenetur, aut pretium eius consequi sperat, aut cuiusvis magis gratiam praestare, quam relinquere apud inimicum ius ad (5) se translatum, licere ei civile est.

§ 3.—Uxor viro ususfructum dotis nomine dedit, manente matrimonio eidem fundum vendidit; quaesitum est, divortio facto quid dotis iudicio recuperare debeat? Dixi, referre, quanti fundus venisset; nam si nuda proprietatis aestimatio facta fuisset, mulier dotis iudicio pretium ususfructus recuperare debet. Quid ergo est, si vir ante litem contestatam mortuus fuisset? Heredes eius nihil praestituros, nam etsi quilibet alius emtor proprietatis extitisset, heres viri nihil mulieri praestaret, scilicet usufructu reverso ad proprietatem. Ceterum si fundus totus venisset, quanti debet venire

divorcio, constituirá á la mujer el usufructo en el mismo fundo. Pero si la mujer falleciere en el matrimonio, se considera que el marido no obtiene ningún emolumento por la dote, porque, aunque no la hubiese tomado á ella por mujer, extinguido por la muerte de la usufructuaria, volvería el usufructo á la propiedad; y por esto no contribuye tampoco para los funerales de la mujer.

§ 1.—Pero si el padre, que tuviere el usufructo sobre un fundo de su yerno, lo hubiere dado en nombre de la hija para constituir la dote, y ella hubiere muerto en el matrimonio, tendrá en nombre propio la petición del usufructo.

§ 2.—Mas si la mujer hubiere constituido por causa de dote usufructo sobre un fundo suyo en favor de su marido, entonces habrá propiamente usufructo respecto á la persona del marido, para quien se extinguirá aquel también por el no uso; y si esto aconteciere, veamos ¿estará acaso también ahora dotada la mujer? Y si verdaderamente está en poder de la mujer el dominio del fundo, al cual revertió el usufructo, no tiene ya en la dote nada que con la acción de dote consiga de aquel, á quien no puede imputarse que por el no uso haya perdido el usufructo, por lo que ella obtiene lucro; y por esto quedará indotada. Pero si la mujer hubiere enajenado la propiedad, la cual se hizo más plena sin utilidad alguna de la mujer, permanece todavía dotada, porque debe estar obligado por la acción de dote el marido, que, cuando le fué lícito usar del usufructo, lo perdió por el no uso; porque si hubiese perseverado en tener el usufructo hasta el divorcio, su restitución cedería en beneficio de la mujer, pues aunque no pasase á ella inmediatamente, revertiría sin embargo á la propiedad ó por precio, ó por beneficio, sin perjuicio de la mujer. Mas si el marido no hubiere perdido el usufructo, por la muerte de la mujer no se extingue en el marido el usufructo. Pero verificado el divorcio, veamos primeramente, así en este como en el caso anterior, si se dividirán los frutos á prorrata del tiempo de aquel año; lo que se ha de admitir. Pero la restitución del mismo se hará de modo, que se ceda el usufructo á la mujer que tiene el fundo, y así se consolide con la propiedad. Pero aunque no sea dueña del fundo, le compete sin embargo la acción de dote, para que el marido dimita de sí el usufructo; porque ó la mujer está obligada todavía por la acción de compra á prestar el usufructo, ó espera conseguir su precio, ó civilmente le es lícito hacerle un obsequio á cualquiera, más bien que dejar en poder de su enemigo el derecho á él transferido.

§ 3.—La mujer dió al marido á título de dote el usufructo, y durante el matrimonio le vendió el fundo; se preguntó, ¿verificado el divorcio, qué deberá recuperar por la acción de dote? Dije, que importaba saber en cuánto se hubiese vendido el fundo; porque si se hubiese hecho la estimación de la nuda propiedad, la mujer debe recuperar por la acción de dote el precio del usufructo. ¿Qué se dirá, pues, si el marido hubiese muerto antes de contestada la demanda? Que nada habrán de restituir sus herederos, porque aunque otro cualquiera hubiese sido comprador de la propiedad, el heredero del

(1) habebat, Hal. Vulg.

(2) Hal. Vulg.; ipsius, el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; si, inserta el código Fl.

(4) Hal. Vulg.; revertetur, el código Fl.

(5) a, (en lugar de ad), Hal.

(non) detracto usufructu, intelligi mulierem dotem manente matrimonio recepisse.

§ 4.—Si fundus communis in dotem datus erit, et socius egerit cum marito communi dividundo, adiudicatusque fundus socio fuerit, in dote erit quantitas, qua socius marito damnatus fuerit; aut si ommissa (1) licitatione extraneo addictus is fundus fuerit, pretii portio, quae distracta est, sed ita, ut non vice corporis habeatur, nec divortio secuto praesenti die, quod in numero est, restituatur, sed statuto tempore solvi debeat. Quodsi marito fundus fuerit adiudicatus, pars utique data in dotem dotalis manebit; divortio autem facto sequetur restitutionem, propter quam ad maritum pervenit, etiam altera portio, scilicet ut recipiat tantum pretii nomine a muliere, quantum dedit ex condemnatione socio; nec audiri debet alteruter eam aequitatem recusans, aut mulier in suscipienda parte altera quoque, aut vir in restituenda. Sed an constante matrimonio non sola pars dotalis sit, quae data fuit in dotem, sed etiam altera portio, videamus. Iulianus de parte tantum dotali loquitur, et ego dixi (2) in auditorio, illam solam dotalem esse.

§ 5.—Si marito dotis nomine stipulanti promisit per errorem is, qui exceptione tutus erat, ne (3) solvat, cogetur eiolvere; et habebit conditionem adversus mulierem aut patrem, uter eorum delegavit, ob id, quod indebitum marito promisit, aut solvit.

79. [81.] LABEO libro VI. *Posteriorum a Iavoleno epitomatorum*.—Avus neptis nomine (4) filio natae genero dotem dedit, et moritur; negat Servius, dotem ad patrem reverti; et ego cum Servio sentio, quia non potest videri ab eo profecta, quia nihil ex his sui habuisset.

§ 1.—Pater filiae nomine centum doti ita promisit: «quum commodissimum esset»; Ateius scripsit, Servium respondisse, quum primum sine turpitudine et infamia dari possit, deberi.

80. [82.] JAVOLENO libro VI. *ex Posterioribus Labeonis*.—Si debitor mulieris dotem sponso promiserit, posse mulierem ante nuptias a debitore eam pecuniam petere, neque eo nomine postea debitorem viro obligatum futurum, ait Labeo; falsum est, quia ea promissio in pendenti esset, donec obligatio in ea causa est.

81. [83.] PAPINIANO libro VIII. *Quaestionum*.—Pater filiae nomine numos alienos, quos mutuos acceperat, aut in causam crediti receperat, in dotem dedit; consumtis his dos profecticia efficitur.

marido non restituiría nada á la mujer, por supuesto, habiendo revertido el usufructo á la propiedad. Pero que si se hubiese vendido todo el fundo, por cuanto debe ser vendido sin haberse separado el usufructo, se entiende que la mujer recibió la dote durante el matrimonio.

§ 4.—Si se hubiere dado en dote un fundo común, y el copropietario ejercitare contra el marido la acción de división de cosa común, y el fundo hubiere sido adjudicado al copropietario, habrá en dote la cantidad en que el copropietario hubiere sido condenado á favor del marido; ó si habiéndose omitido la licitación el fundo hubiere sido adjudicado á un extraño, la porción del precio, que fué vendida, pero de suerte que no sea considerada en calidad de cosa corpórea, ni sobrevenido el divorcio se restituya en aquel mismo día lo que consta de número, sino que deba ser pagado en el tiempo establecido. Pero si el fundo hubiere sido adjudicado al marido, permanecerá dotal solamente la parte dada en dote; mas verificado el divorcio, seguirá á la restitución, por causa de la que fué á poder del marido, también la otra porción, á saber, para que reciba de la mujer por razón del precio tanto cuanto dió al copropietario en virtud de la condena; y no deberá ser oído el que de los dos rehuse esta equidad, ó la mujer al recibir también la otra parte, ó el marido al restituirla. Pero veamos, si durante el matrimonio sea dotal no solamente la parte que fué dada en dote, sino también la otra porción. Juliano habla solamente de la parte dotal, y yo dije en audiencia, que sólo aquella es dotal.

§ 5.—Si el que con excepción estaba seguro para no pagar prometió por error al marido, que estipulaba por razón de la dote, será obligado á pagarle; y tendrá contra la mujer ó el padre, contra el que de ambos hizo la delegación, la condición por lo que, indebido, prometió ó pagó al marido.

79. [81.] LABEON; *Obras póstumas compendias por Javoleno, libro VI*.—El abuelo dió la dote al yerno en nombre de una nieta nacida de un hijo, y muere; dice Servio, que la dote no revierte al padre; y yo opino con Servio, porque no puede considerarse que provino de él, pues no habria tenido suyo nada de aquello.

§ 1.—Un padre prometió así ciento en dote en nombre de su hija: «cuando más cómodo me fuese»; y escribió Ateyo, que Servio respondió, que se debe tan pronto como pueda darse sin torpeza é infamia.

80. [82.] JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro VI*.—Si un deudor de la mujer hubiere prometido la dote al esposo, dice Labeon, que la mujer puede pedir antes de las nupcias aquella cantidad al deudor, y que por este concepto el deudor no habrá de estar después obligado al marido; lo cual es falso, porque esta promesa estaria pendiente, mientras la obligación está en aquella causa.

81. [83.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro VIII*.—En nombre de su hija dió un padre en dote dineros ajenos, que habia recibido en mútuo, ó que habia recibido en concepto de crédito; consumidos ellos, la dote se hace profecticia.

(1) *admissa, Hal.*
(2) *didici, otros en Hal.*

(3) *nec, Hal. Vulg.*
(4) *ex, insertan Hal. Vulg.*

82. [84.] PROCULUS libro V. Epistolarum (1).—Quum uxor virum suum, quam pecuniam sibi deberet, in dotem filiae communis dare iusserit, et id fecisse dicatur, puto animadvertendum esse, utrum eam dotem suo, an uxoris nomine dedit; si suo, nihilominus uxori eum debere pecuniam, si uxoris nomine dederit, ipsum ab uxore liberatum esse.

83. [85.] IAVOLENUS libro VI. Posteriorum Labeonis. (2)—Si debitor mulieris dotem sponso promiserit, non posse mulierem ante nuptias a debitore eam pecuniam petere, quia ea promissio in pendenti esset, donec obligatio in ea causa est.

84. [86.] LABEON libro VI. Pithanon (3) a Paulo epitomatorum.—Si de dote promissa agitur, non oportet, in quantum facere potest, condemnari eum, qui promisit. Paulus: imo quod ad extraneum attinet, semper hoc verum est; ceterum si manente affinitate dotem promissam gener a socero petit, utique in quantum facere potest, socer condemnabitur; si directo matrimonio petitur, ex causa et persona id tribuendum puto; quid enim, si socer specie futurae dotis induxerit generum (4), et quum sciret, se praestare dotem non posse, id egerit, ut genero insidiaretur?

85. [87.] SCAEVOLA libro VIII. Digestorum.—Fundum filiae nomine pater in dotem dederat, huius heredi filiae ex asse creditoribus urgentibus patris utilius videtur potius fundum, qui dotalis est, distrahere, quod minus fructuosus sit, et alios hereditarios uberiore reditu retinere; maritus consentit, si nulla in ea re captio sit futura; quaero, an ea pars dotis, quae in hoc fundo est, mulieri manente matrimonio recte solvatur? Respondit, si pretium creditori solvatur, recte solutum.

TIT. IV

DE PACTIS DOTALIBUS

[Cf. Cod. V. 14.]

1. IAVOLENUS libro IV. ex Cassio.—Pacisci post nuptias, etiamsi nihil ante convenerit, licet.

§ 1.—Pacta, quae de reddenda dote fiunt, inter omnes fieri oportet, qui repetere dotem, et a quibus repeti potest, ne ei, qui non interfuit, apud arbitrum cognoscentem pactum non prosit.

2. ULPIANUS libro XIX. (5) ad Sabinum.—Si convenerit, ut, quoquo modo dissolutum sit matrimonium, liberis intervenientibus dos apud virum remaneret, Papinianus Iuniano Praetori respondit, morte mariti finito matrimonio neque convenisse videri dotem remanere, et si convenisset, non esse servandum pactum contra dotem, quum mariti mortalitas intervenit.

(1) ἐπιστολῶν, Hal.

(2) ex posterioribus Labeonis, Hal.

(3) περὶ τῶν, Hal.

82. [84.] PRÓCULO; Epistolas, libro V.—Cuando la mujer hubiere mandado á su marido, que diera para dote de la hija de ambos la cantidad que á ella le debia, y se dijera que lo hizo, opino que se ha de observar, si dió esta dote en su nombre, ó en el de la mujer; si en el suyo, debe él, no obstante, á la mujer la cantidad, y si la hubiere dado en nombre de la mujer, queda él liberado por la mujer.

83. [85.] JAVOLENO; Obras póstumas de Labeon, libro VI.—Si un deudor de la mujer hubiere prometido la dote al esposo, no puede la mujer pedir antes de las nupcias aquella cantidad al deudor, porque esta promesa estaria pendiente, mientras la obligación se halla en tal estado.

84. [86.] LABEON; Dichos recopilados por Paulo, libro VI.—Si se ejercita la acción por la dote prometida, no conviene que el que la prometió sea condenado en cuanto puede hacer. Y dice Paulo: antes bien, esto siempre es verdad en cuanto atañe á un extraño; pero si, subsistiendo la afinidad, el yerno pidió al suegro la dote prometida, el suegro será condenado solamente á cuanto puede hacer; si se pide, disuelto el matrimonio, opino que se ha de conceder esto según la causa y la persona; porque, ¿qué se dirá, si el suegro hubiere inducido al yerno con la expectativa de la dote futura, y sabiendo que él no podía entregar la dote, hubiere hecho esto para engañar al yerno?

85. [87.] SCÉVOLA; Digesto, libro VIII.—Un padre habia dado en nombre de su hija un fundo en dote, y á la hija, heredera universal de él, apremiándola los acreedores del padre, le parece más conveniente enajenar el fundo, que es dotal, porque era menos productivo, y retener otros de la herencia, de mayores rendimientos; el marido consintió, si ningún fraude hubiera de haber en este negocio; pregunto, ¿se pagará acaso debidamente á la mujer, durante el matrimonio, aquella parte de dote, que consiste en este fundo? Respondió, que, si el precio se le dá en pago al acreedor, se pagó debidamente.

TÍTULO IV

DE LOS PACTOS DOTALES

[Véase Cód. V. 14.]

1. JAVOLENO; Doctrina de Cassio, libro IV.—Es lícito pactar después de las nupcias, aunque nada se haya convenido antes.

§ 1.—Los pactos que se hacen sobre la devolución de la dote, deben hacerse entre todos los que pueden repetir la dote y aquellos de quienes puede repetirse, no sea que el pacto no aproveche ante el árbitro, que conozca del asunto, al que no intervino.

2. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XIX.—Si se hubiere convenido, que, de cualquier modo que se haya disuelto el matrimonio, permanezca la dote en poder del marido, habiendo hijos, respondió Papiniano al Pretor Juniano, que extinguido el matrimonio con la muerte del marido, no se considera que se convino que la dote quedase en su poder, y que si se hubiese convenido, no se ha de cumplir el pacto contra la dote, habiendo mediado el fallecimiento del marido.

(4) Taur. al margen; genero, en el texto.

(5) XXXI., Hal.

3. PAULUS libro III. (1) ad Sabinum.— Pacta conventa, quae in divortii tempus collata sunt, non facta divortio locum non habent.

4. ULPIANUS libro XXXI. ad Sabinum.—Si convenerit, ut fructus in dotem converteretur, an valeat conventio? Et Marcellus ait libro octavo (2) Digestorum, conventionem non valere, prope enim indotatam mulierem hoc pacto fieri. Sed ita distinguit, ut si quidem fundum in dotem dederit mulier, ita ut maritus fructus redderet, non esse ratum pactum, idemque esse, et si usumfructum in dotem hoc pacto dedit; quodsi convenisset de fructibus reddendis, hoc est, ut in dote essent fructus, quosquos percepisset, et fundus vel usufructus in hoc traditus est, non ut fundus vel fructus fieret dotalis, sed ut fructus perciperet dotis futuros, cogendum de dote actione fructus reddere; erunt igitur in dote fructus, et fructus iste usuris, quae ex fructibus collectis et in sortem redactis percipi possunt. Ego utrobique arbitrator interesse, qua contemplatione dos sit data, ut, si ob hoc ei maiorem dotem mulier dedit, quia fructus volebat esse dotis, contento marito ea pecunia, quae ex usuris redditum colligitur, posse dici conventionem valere; nec enim videtur sterilis esse dos. Finge quadragesima (3) annua esse redditus apud eum, qui non acciperet in dotem, nisi hoc convenisset, plus trecentum (4); uti boni consuleret tam uberem dotem consecutus? Et quid dicimus, si pactum tale intervenit, ut maritus fructus in dotem converteret, et mulier se suosque aleret tuereturve, et universa onera sua expediret, quare non dicas conventionem valere?

5. PAULUS libro VII. ad Sabinum.— Illud convenire non potest, ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur, ne publica coercitio privata pactione tollatur (5).

§ 1.—Ac ne illa quidem pacta servanda sunt, ne ob res donatas vel amotas ageretur, quia altero pacto ad furandum mulieres invitantur, altero ius civile impugnatur.

§ 2.—Et si convenerit, ne ob impensas necessarias ageretur, pactum non est servandum, quia tales impensae dotem ipso iure minuunt.

6. ULPIANUS libro IV. (6) ad Edictum.—Pomponius ait, maritum non posse pacisci, ut dolum solummodo in dotem praestet, videlicet propter utilitatem nubentium, quamvis pacisci possit, ne sit periculo eius nomen debitoris, qui ei dotem promisit; nam et ut sit dos periculo mulieris, pacisci eum posse probat, et per contrarium, ut ea dos, quae periculo mulieris est, sit periculo mariti.

(1) IV., Hal.

(2) septimo, Hal.

(3) quadragesima, Hal.; quadragesima, Vulg.

(4) trecentis, Hal.

3. PAULO; Comentariorum á Sabino, libro III.— Los pactos convenidos, que se refirieron al tiempo del divorcio, no tienen lugar no habiéndose verificado el divorcio.

4. ULPIANO; Comentariorum á Sabino, libro XXXI.—Si se hubiere convenido, que los frutos se convirtiesen en dote, ¿será válida la convención? Y dice Marcelo en el libro octavo del Digesto, que la convención no es válida, porque con este pacto se hace casi indotada á la mujer. Pero distingue de este modo, que si la mujer hubiere dado verdaderamente un fundo en dote, de suerte que el marido devolviese los frutos, el pacto no es válido, y que lo mismo es, si también con este pacto dió en dote el usufructo; mas si se hubiese convenido sobre la entrega de los frutos, esto es, que estuviesen en dote los frutos que hubiese percibido, y se entregó un fundo ó el usufructo con este objeto, no para que se hiciera dotal el fundo ó el usufructo, sino para que percibiese frutos, que habrían de ser de la dote, se ha de obligar por la acción de dote á entregar los frutos; estarán, pues, en dote los frutos, y el marido disfrutará de los intereses que pueden percibirse de los frutos reunidos y convertidos en capital. Yo creo que en uno y otro caso importa saber con qué propósito haya sido dada la dote, porque si la mujer le dió mayor dote por esto, porque queria que los frutos fuesen de la dote, habiéndose contentado el marido con el dinero que se percibe de los intereses de las rentas, puede decirse que es válida la convención; porque no se considera que la dote sea estéril. Supón que una renta de cuatrocientos al año estuviera en poder de quien no recibiría en dote, si no se hubiese convenido esto, mas de trescientos; ¿cómo lo consideraría bien el que consiguió dote tan pingüe? ¿Y qué diremos, si medió este pacto, que el marido convirtiese en dote los frutos, y la mujer se alimentase ó proveyese á sí misma y alimentase ó proveyese á los suyos, y levantase todas sus cargas, por qué no dirías que sea válida la convención?

5. PAULO; Comentariorum á Sabino, libro VII.— No se puede convenir esto, que no se ejercite la acción de costumbres, ó que se exija más ó menos, á fin de que una restricción pública no sea suprimida por un pacto privado.

§ 1.—Tampoco se han de observar ciertamente los pactos de que no se ejercite la acción por las cosas donadas ó amovidas, porque con un pacto se invita á las mujeres á hurtar, y con el otro se contraria el derecho civil.

§ 2.—Y si se hubiere convenido que no se ejercitase acción por los gastos necesarios, no se ha de cumplir el pacto, porque tales impensas disminuyen de derecho la dote.

6. ULPIANO; Comentariorum al Edicto, libro IV.—Dice Pomponio, que el marido no puede pactar que responderá solamente del dolo en cuanto á la dote, y esto, por supuesto, por utilidad de las que se casan, aunque pueda pactar que no esté á su riesgo el crédito del deudor, que le prometió la dote; porque aprueba que él pueda pactar tanto que la dote esté á riesgo de la mujer, cuanto, por el contrario, que la dote, que está á riesgo de la mujer, esté á riesgo del marido.

(5) Taur.; Illud-tollatur, las encierra entre paréntesis el código Fl., Br.; Convenire non potest, nec illa quidem, (omitiendo ne de moribus-tollatur), Vulg.

(6) XXXIV., Hal.

7. POMPONIUS libro XV. (1) *ad Sabinum*.—Quum dos filiae nomine datur, optimum est, pactum conventum cum utroque generum facere, quamquam initio dotis dandae legem, quam velit, etiam citra personam mulieris is, qui dat, dicere possit. Si vero post datam pacisci velit, utriusque persona in paciscendo necessaria est, quoniam iam acquisita mulieri dos tum esset; quo casu si solus pater pactus esset sine filia, sive solus agat, sive adiuncta filiae persona, ei soli nocebit et proderit pactum conventum; nec si sola filia aget, neque proderit, neque nocebit ei. Si vero filia sola pacta fuerit, quo pacto melior conditio patris fiet, proderit et patri, quoniam per filiam patri acquiri potest, per patrem filiae non potest. Si vero sic pacta sit filia, ut noceat, ipsi quandoque filiae agenti nocebit pactum, patri vero nullo modo nocebit, nisi adiecta quoque filiae persona experiatur. Dicendum est, paciscendo filiam patris conditionem deteriorem facere non posse eo casu, quo mortua ea in matrimonio dos ad patrem reversura est.

8. PAULUS libro VII. *ad Sabinum*.—Quoties patre furente vel ab hostibus capto filiusfamilias ducit uxorem, filiaque familias nubit, necessario etiam pactio cum ipsis duntaxat dotis nomine fieri poterit (2).

9. POMPONIUS libro XVI. (3) *ad Sabinum*.—Si ita conveniat, ut, si vivo socero mortua sit filia, ipsi socero, si mortuo, filio eius, si filio quoque defuncto, totum suo heredi reddatur, benigna interpretatione potest defendi, utilem stipulationem esse.

10. IDEM libro XXVI. (4) *ad Sabinum*.—Avus pactus est, quum dotem pro nepote (5) suscepisset, ne a se, neve a filio dos peteretur, ab alio vero, quam filio herede, ut dos peteretur; exceptione conventionis filius tuendus erit, quippe heredi nostro cavere concessum est, nec quidquam obstat, quominus certae personae, si heres erit sibi, caveri possit, quod non idem et in ceteris heredibus cavetur; et ita Celsus scribit.

11. ULPIANUS libro XXXIV. *ad Edictum*.—Quum pater dotem pollicitus fuerit, et paciscatur, ne (6) se vivo petatur, neve constante matrimonio dos petatur, ita pactum interpretandum Divus Severus constituit, quasi (7) adiectum esset: «se vivo»; hoc enim ita accipiendum esse contemplatione paternae pietatis et contrahentium voluntatis, ut posterior quoque pars conventionis ad vitam patris relata videatur, ne diversa sententia fructum dotis ab oneribus matrimonii separet, quodque indignissimum est, inducat, ut non habuisse dotem existimetur; quo Rescripto hoc effectum est, ut, si qui-

7. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XV*.—Cuando se dá dote en nombre de la hija, es lo mejor, que el yerno haga el pacto convenido con ambos, aunque al principio, al darse la dote, pueda el que la dá declarar la condición, que quiera, aún sin la intervención de la mujer. Pero si quisiera pactar después de dada, es necesaria al pactar la persona de ambos, porque ya entonces se habría adquirido para la mujer la dote; en cuyo caso, si sólo el padre hubiese pactado sin la hija, ya si él sólo ejercitara la acción, ya si teniendo adjunta la persona de la hija, á él sólo le perjudicará y aprovechará el pacto convenido; y si la ejercitara sola la hija, ni le aprovechará, ni le perjudicará. Pero si hubiere pactado sola la hija, con cuyo pacto se hiciera mejor la condición del padre, le aprovechará también al padre, porque por la hija puede adquirirse para el padre, pero por el padre no se puede adquirir para la hija. Mas si la hija hubiera pactado de modo que perjudique, cuando la hija ejercite la acción á ella misma le perjudicará el pacto, pero de ningún modo le perjudicará al padre, si no ejercitara la acción teniendo también adjunta la persona de la hija. Se ha de decir, que pactando la hija no puede hacer peor la condición del padre en el caso en que, muerta ella en el matrimonio, la dote ha de reverter al padre.

8. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII*.—Siempre que estando loco el padre, ó que habiendo sido cogido por los enemigos, toma mujer el hijo de familia, y se casa la hija de familia, se podrá hacer por necesidad pacto con motivo de la dote aún con ellos mismos solamente.

9. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XVI*.—Si se conviniera de este modo, que si hubiera muerto la hija viviendo el suegro, todo se devuelva al mismo suegro, y que si habiendo muerto éste, á su hijo, y que si habiendo fallecido también el hijo, á su heredero, se puede sostener por benigna interpretación, que es útil la estipulación.

10. ELMISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI*.—El abuelo pactó, habiendo recibido la dote por su nieto, que no se le pediría la dote ni á él, ni á su hijo, sino que la dote se reclamaria á otro heredero que no fuese su hijo; el hijo habrá de ampararse con la excepción de la convención, porque está permitido mirar por nuestro heredero, y no obsta cosa alguna á que pueda mirarse por cierta persona, si fuere heredero de uno propio, y á que no se mire lo mismo también por los demás herederos; y así lo escribe Celso.

11. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV*.—Cuando el padre hubiere prometido la dote, y pactase que no se pida viviendo él, ó que no se reclame la dote durante el matrimonio, determinó el Divino Severo, que el pacto se ha de interpretar así, como si se hubiese añadido: «viviendo él»; porque esto se habla de entender así, en contemplación de la piedad del padre, y de la voluntad de los contrayentes, de suerte que también se considere referida á la vida del padre la última parte de la convención, para que la opinión contraria no separe de las cargas del matrimonio el

(1) XVI., Hal.

(2) El código Fl., Br.; potuit, Taur.

(3) XV., Hal.

(4) XXI., Hal.

(5) nepte, otros en Hal.

(6) a, inserta Hal.

(7) denuo, inserta Hal.

dem vivo patre decesserit filia, aut sine culpa sua diverterit, omnimodo dos peti non possit, constante autem matrimonio mortuo patre peti possit.

12. PAULUS libro XXXV. ad Edictum.—Si pater dotem dederit, et pactus sit, ut mortua in matrimonio filia dos apud virum remaneret, puto pactum servandum, etiamsi liberi non interveniant.

§ 1.—Ex pactis conventis, quae ante nuptias, vel post nuptias interponi solent, alia ad voluntatem pertinent, ut mulier (1) dote promissa se alat et donec nupta sit, dos ab ea non petatur, aut certam summam viro praestet, et ab eo alatur, et his similia; alia ad ius pertinent, veluti quando dos petatur, quemadmodum reddatur, in quibus non semper (2) voluntas contrahentium servatur. Ceterum si convenerit, ne omnino dos petatur, indotata erit mulier.

§ 2.—Si mulier pacta sit, ne amplius, quam pars dimidia dotis a se petatur, et poenam stipulata sit, Mela ait, alterutro eam contentam esse oportere, vel exceptione pacti, et acceptam facere poenae obligationem, vel si ex stipulatu agat, denegandam ei exceptionem.

§ 3.—Si fundo aestimato in dotem dato pacta sit mulier, ut, quanto pluris venierit, id in dote sit, Mela ait, id servandum, quum et ex contrario convenire possit, ut, si minoris venierit, ipsa debeat.

§ 4.—Si pacta sit mulier, ut, sive pluris, sive minoris fundus aestimatus venierit, pretium, quanto res venierit, in dote sit, stari eo pacto oportet; sed si culpa mariti minoris venierit, et id ipsum mulierem consequi.

13. IULIANUS libro XVII. (3) Digestorum.—Item si non venierit, aestimatio praestari debet.

14. PAULUS libro XXXV. ad Edictum.—De die reddendae dotis hoc iuris est, ut liceat pacisci, qua die reddatur, dum ne mulieris deterior conditio fiet (4),

15. GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale.—id est, ut citiore die reddatur.

16. PAULUS libro XXXV. ad Edictum.—Ut autem longiore die solvatur (5) dos, convenire non potest, non magis, quam ne omnino reddatur.

17. PROCULUS libro XI. Epistolarum. (6)—Atilicinus Proculo suo salutem. Quum inter virum et uxorem pactum conventum ante nuptias factum

fruto de la dote, y, lo que es muy indigno, induzca á que se crea que no tuvo dote; con cuyo Rescripto se hizo, que si ciertamente en vida del padre hubiere fallecido la hija, ó sin culpa suya se hubiere divorciado, no se pueda en manera alguna pedir la dote, pero que durante el matrimonio pueda pedirse habiendo muerto el padre.

12. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXV.—Si el padre hubiere dado la dote, y hubiera pactado, que muerta la hija en el matrimonio quedase la dote en poder del marido, opino que se ha de cumplir el pacto, aunque no haya hijos.

§ 1.—De los pactos convenidos que se suelen interponer antes de las nupcias, ó después de las nupcias, unos pertenecen á la voluntad, como que la mujer se mantenga con la dote prometida, y que mientras esté casada no se le pida la dote, ó que entregue al marido cierta cantidad, y por él sea mantenida, y otros semejantes á estos; otros pertenecen al derecho, como de qué modo se devolverá la dote cuando se pida, en los cuales no siempre se observa la voluntad de los contrayentes. Pero si se hubiere convenido que de ninguna manera se pida la dote, la mujer estará indotada.

§ 2.—Si la mujer hubiera pactado, que no se le pida más que la mitad de la dote, y hubiera estipulado pena, dice Mela, que debe ella contentarse con una de estas dos cosas, ó con la excepción del pacto, y dar por cumplida la obligación de la pena, ó con que, si ejercitara la acción de lo estipulado, se le haya de denegar la excepción.

§ 3.—Si, dado en dote un fundo estimado, hubiera pactado la mujer, que esté en dote aquello en por más hubiere sido vendido, dice Mela, que se ha de observar esto, como quiera que también por el contrario pueda convenirse, que si se hubiere vendido por menos, ella misma deba la diferencia.

§ 4.—Si la mujer hubiera pactado, que si el fundo estimado hubiere sido vendido ya en más, ya en menos, esté en dote el precio en que se hubiere vendido la cosa, debe estarse á este pacto; pero si por culpa del marido se vendiere por menos, también esto mismo lo debe conseguir la mujer.

13. JULIANO; Digesto, libro XVII.—Asimismo, si no se hubiere vendido, deberá entregarse la estimación.

14. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXV.—Respecto al día en que se ha de devolver la dote hay este derecho, que sea lícito pactar en qué día se devolverá, mientras no se haga peor la condición de la mujer,

15. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XI.—esto es, que se devuelva en término más próximo.

16. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXV.—Pero no se puede convenir que se pague la dote en término más largo, no de otra suerte como que en absoluto no se devuelva.

17. PROCULO; Epistolas, libro XI.—Atilicino saluda á su Próculo. Habiéndose hecho antes de las nupcias un pacto convenido entre el marido y la mu-

(1) de, inserta la Vulg.

(2) non utique (en lugar de non semper), Hal.

(3) XVI., Hal.

(4) fiat, Hal. Vulg.

(5) reddatur, Hal.

(6) libro VI. ἐπιστολῶν, Hal.

sit, ut quibus diebus dos data esset, iisdem divortio facto redderetur, post quinquennium, quam nuptiae factae sunt, uxor viro dotem dedit; divortio facto quaero, utrum quinquennii die vir uxori dotem redderet, an statuto legibus tempore? Proculus respondit: quod ad diem reddendae dotis attinet, pacto existimo meliorem conditionem mulieris fieri posse, deteriore non posse; itaque si cautum est, ut propiore (1) tempore, quam legibus constitutum est, reddatur, stari (2) eo debere, si ut longiore, nec valere id pactum conventum. Cuius (3) sententiae conveniens est dicere, si pacto convento cautum est, ut, quanto serius quaeque et (4) post nuptias data fuerit, tanto post divortium reddatur; si propiore, quam in reddenda dote constitutum est, data sit, valere pactum conventum, si longiore, non valere.

18. IULIANUS libro XVIII. (5) *Digestorum*.—Licet manente matrimonio non possit inter virum et uxorem convenire, ut longiore (6) dos reddatur, post divortium tamen, si iusta causa conventionis fuerit, custodiri id pactum debet.

19. ALFENUS libro III. *Digestorum a Paulo epimatomorum*.—Aliud est, si pater pro filia dotem promisit, ut annua, bima, trima, quadrima, quinto anno dos a se redderetur, et convenit, ut iisdem diebus dos soluto matrimonio redderetur; hoc enim pactum ita valet, si patri filia heres extitisset, et interveniente ea pactum conventum fuerit.

20. PAULUS libro XXXV. *ad Edictum*.—Ob res quocumque donatas, vel amotas, vel impensas factas tunc facta pactio valebit, id est post divortium.

§ 1.—Si extraneus de suo daturus sit dotem, quidquid vult, pacisci et ignorante muliere, sicut et stipulari potest, legem enim suae rei dicit; postquam vero dederit, pacisci consentiente muliere debet.

§ 2.—Si convenerit, ne a muliere, neve a patre dos petatur, heres non habebit exceptionem; sed si convenerit, ne manente matrimonio vivo patre petatur, mortuo patre statim exigitur, et si non petierit maritus, tenebitur huius culpa nomine, si dos exigi poterit, nisi forte ante diremptum sit matrimonium, quam facultatem petendi haberet.

21. IULIANUS libro XVII. (7) *Digestorum*.—Si mulier dotis causa promiserit certam summam, et pro ea mancipia in dotem dederit ea conditione, ut periculo eius essent, et si quid ex his natum esset, ad eam pertineat, stari pacto convento oportebit. Nam constat, posse inter uxorem et virum conveniri, ut dos, quae in pecunia numerata esset,

para que con los mismos aplazamientos con que hubiese sido dada la dote se devolviese, verificado el divorcio, la mujer dió la dote al marido un quinquenio después que se celebraron las nupcias; verificado el divorcio, pregunto, ¿devolverá acaso el marido la dote á la mujer al término del quinquenio, ó en el tiempo establecido en las leyes? Próculo respondió: en lo que atañe al día en que se ha de devolver la dote, opino, que puede mejorarse por pacto la condición de la mujer, pero que no puede hacérsela peor; y así, si se convino que sea devuelta en término más corto que el que se estableció en las leyes, debe estarse á ello, y si que en término más largo, no es válido este pacto convenido. A cuya opinión es consiguiente decir, que si por pacto convenido se determinó, que cuanto más tarde hubiere sido dada aquella aun después de las nupcias, otro tanto después del divorcio sea devuelta; si hubiera sido dada en término más breve que el que se estableció para que se devuelva la dote, es válido el pacto convenido, y si en término más largo, no es válido.

18. JULIANO; *Digesto, libro XVIII*.—Aunque durante el matrimonio no se pueda convenir entre el marido y la mujer, que se devuelva la dote en término más largo, sin embargo, después del divorcio, si hubiere habido justa causa para tal convención, debe observarse este pacto.

19. ALFENO; *Digesto compendiado por Paulo, libro III*.—Otra cosa es, si el padre prometió la dote por la hija, de suerte que la dote fuese entregada por él dentro de uno, dos, tres, cuatro, ó cinco años, y se convino, que disuelto el matrimonio la dote sería restituida en los mismos términos; porque este pacto es válido, si la hija hubiese quedado heredera del padre, y si interviniendo ella se hubiere convenido el pacto.

20. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—También será válido el pacto hecho entonces, esto es, después del divorcio, por las cosas donadas, ó amovidas, ó por los gastos hechos.

§ 1.—Si un extraño hubiera de dar dote de lo suyo, puede pactar, aun ignorándolo la mujer, así como estipular, lo que quiera, porque declara condición para una cosa suya; mas después que la hubiere dado, debe pactar consinténdolo la mujer.

§ 2.—Si se hubiere convenido, que no se pida la dote ni á la mujer, ni al padre, el heredero no tendrá la excepción; pero si se hubiere convenido que durante el matrimonio no se pida la dote viviendo el padre, muerto el padre se exige inmediatamente, y si el marido no la hubiere pedido, quedará obligado por razón de esta culpa, si hubiere podido exigirse la dote, á no ser acaso que se haya disuelto el matrimonio antes que tuviese la facultad de pedirla.

21. JULIANO; *Digesto, libro XVII*.—Si la mujer hubiere prometido por causa de dote cierta suma, y en vez de esta hubiere dado en dote esclavos con la condición de que estuviesen á su riesgo, y que si algo hubiese nacido de ellos le pertenezca, deberá estarse al pacto convenido. Porque consta que se podía convenir entre la mujer y el marido,

(1) priore, Hal. Vulg.

(2) ab, inserta Hal.

(3) Cui, Hal. Vulg.

(4) quaeque et, omitelas Hal.

(5) XVI., Hal.

(6) die, inserta Hal. Vulg.

(7) XVI., Hal.

permutaretur, et transferatur in corpora, quum mulieri prodest.

22. IDEM libro II. ad Urseium Ferozem.—Quidam fundum dotis causa ab uxore sua acceperat, interque eos convenerat, ut mercedes eius fundi vir uxori annui nomine daret; deinde eum fundum vir matri mulieris certa pensione colendum locaverat, eaque, quum mercedes eius fundi deberet, decesserat, et filiam suam solam heredem reliquerat, et divortium factum erat; vir deinde pete at a muliere mercedes, quas mater debuerat; placuit exceptionem mulieri dari non debere, ac si inter se et virum non convenisset, ut hae mercedes sibi alimentorum nomine darentur, quum futurum sit, ut quodammodo donationes inter virum et uxorem confirmentur; nam quod annui nomine datur, species est donationis.

23. AFRICANUS libro VII. (1) Quaestionum.—Pater, quum filiae suae nomine dotem daret, pactus est, ut mortua filia uno pluribusve liberis superstitibus, deducta parte tertia, reliqua dos sibi, aut post mortem suam illi aut illi e (2) filiis, quos in potestate habebat, reddatur; deinde haec ita fieri stipulatus est; post mortem eius mulier in matrimonio decesserat relictis filiis; quaesitum est, an ex stipulatione duas partes illi petere possint? Respondi, posse; etenim vim eius stipulationis hanc esse, ut si in matrimonio mortua esset, dos patri redderetur, et perinde habendum, ac si talis stipulatio interposita fuisset: «si navis ex Asia venerit, mihi, aut post mortem meam Lucio Titio dari spondes?» nam et si post mortem stipulatoris navis venisset, heredi deberi.

24. FLORENTINUS libro III. Institutionum.—Si inter virum et uxorem pactum est, ut certa pars dotis vel tota ob unum vel plures liberos intervenientes retineatur, etiam eorum liberorum nomine, qui ante nati sunt, quam dos daretur aut amplietur, conventio rata est; nam sufficit, eos ex eo matrimonio nasci, in quo dos data est.

25. ULPIANUS libro I. Responsorum.—Quod (3) de reddenda dote, si data fuisset, mortua in matrimonio filia convenit, idem de non petenda quoque videri convenisse, ac patrem pacti conventi exceptionem nactum (4) ad heredem suum transmisisse.

26. PAPINIANUS libro IV. Responsorum.—Inter socerum et generum convenit, ut, si filia mortua superstitem anniculum filium habuisset, dos ad virum pertineret; quodsi vivente matre filius obiisset, vir dotis portionem uxore in matrimonio defuncta retineret, mulier naufragio cum anniculo filio periit; quia verisimile videbatur, ante matrem infantem periisse, virum partem dotis retinere placuit.

que se permutase la dote que consistiese en dinero contado, y que se convierta en objetos corporales, cuando esto aproveche á la mujer.

22. EL MISMO; Comentarios á Urseyo Feroz, libro II.—Uno habia recibido de su mujer un fundo por causa de dote, y se habia convenido entre ellos, que el marido daría á la mujer las pensiones de este fundo á título de anualidad; después el marido habia dado en arrendamiento este fundo por cierta pensión á la madre de la mujer para que lo cultivase, y ésta habia fallecido, debiendo pensiones de dicho fundo, y dejado á su hija por única heredera, y se habia verificado el divorcio; el marido pedía después á la mujer las pensiones, que su madre habia quedado debiendo; se determinó, que no debía darse excepción á la mujer, como si entre ella y su marido no se hubiese convenido, que estas pensiones se le diesen á ella á título de alimentos, porque resultaría, que en cierto modo se confirmarían las donaciones entre marido y mujer; porque lo que se dá á título de anualidad es una especie de donación.

23. AFRICANO; Cuestiones, libro VII.—Un padre, al dar la dote en nombre de su hija, pactó, que muerta la hija dejando uno ó muchos hijos sobrevivientes, se le devolviera, deducida la tercera parte, la restante dote á él, ó después de su muerte á este ó á aquel de los hijos, que tenía en su potestad; luego estipuló que esto se haría así; después de su muerte habia fallecido en el matrimonio la mujer, habiendo dejado hijos; se preguntó, ¿podrán acaso pedir ellos las dos partes en virtud de la estipulación? Respondi, que podían; porque este es el alcance de esta estipulación, que si ella hubiese muerto en el matrimonio, la dote se le devolviese al padre, y se ha de considerar lo mismo que si hubiese sido interpuesta tal estipulación: «si la nave hubiere venido de Asia, ¿prometes que se me dé á mi, ó después de mi muerte á Lucio Ticio?» porque también se debe al heredero, si la nave hubiese venido después de la muerte del estipulador.

24. FLORENTINO; Instituta, libro III.—Si entre el marido y la mujer se pactó, que se retenga cierta parte de la dote, ó toda ella, habiendo uno ó varios hijos, la convención es válida aún respecto de aquellos hijos que nacieron antes que se diese ó se ampliase la dote; porque basta que nazcan del matrimonio para el cual fué dada la dote.

25. ULPIANO; Respuestas, libro I.—Lo mismo que se convino sobre la devolución de la dote, si hubiese sido dada, habiendo muerto la hija en el matrimonio, se considera también que se convino en cuanto á no pedirla, y que el padre que adquirió la excepción del pacto convenido la transmitió á su heredero.

26. PAPINIANO; Respuestas, libro IV.—Entre suegro y yerno se convino, que si la hija muerta hubiese dejado sobreviviente un hijo de un año, la dote pertenecería al marido; pero que si el hijo hubiese fallecido viviendo la madre, el marido retendría una porción de la dote habiendo muerto la mujer en el matrimonio, y la mujer pereció en un naufragio con su hijo de un año; y como parecía verosímil que el niño murió antes que la madre, se determinó que el marido retuviera la parte de la dote.

(1) VIII., Hal.

(2) Según conjetura Br.; illi filiis, el código Fl.; illis, Hal. Vulg.

(3) Qui, Vulg.

(4) nactum, omitenla Hal. Vulg.

§ 1.—Vir dotem, quam ex pacto filiae nomine retinere potuit, si lapsus errore non retinuit, filiam, quae patris (1) sola, matri pro parte heres extiterit, apud arbitrum divisionis non improbe dotis perperam a patre (2) solutae praeceptionem (3) desiderare constitit.

§ 2.—Quum inter patrem et generum convenit, ut in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, ut liberis superstitionibus filia defuncta dos retineatur; nec separabitur portio dotis additamenti causa data, si postea nihil aliud conveniat.

§ 3.—Convenit, ut mulier viri sumtibus, quoquo iret, (4) veheretur, (5) atque ideo mulier pactum ad literas viri secuta provinciam, in qua centurio merebat (6), petit; non servata fide conventionis, licet directa actio nulla competit, utilis tamen in factum danda est.

§ 4.—Filia quum pro se dotem promitteret, pepigit, ut, si in matrimonio sine liberis decessisset, matri suae dos solvatur; pacto filiae nulla matri quaeritur actio; si tamen heres puellae matri pecuniam dotis solverit, viro contra placita petenti dotem obstat exceptio.

§ 5.—Pater, si filia nupta mortem obiisset, dotem dari stipulatus est; constante matrimonio capitali crimine damnatus est; divortio secuto vel morte viri soluto matrimonio stipulationis conditio deficit; quodsi mulier in matrimonio decesserit, ex stipulato (7) fisco dotis actio quaereretur; post verum autem divortium renovatis nuptiis non committitur fisco stipulatio, licet defuncta sit in matrimonio filia, quoniam ad primas nuptias pertinet.

27. IDEM libro I. *Definitionum*.—Si liberis sublati reversa post iurgium per dissimulationem mulier veluti venali concordio (8), ne dotata sit, conveniat, conventio secundum ordinem rei gestae moribus improbanda est.

28. PAULUS libro V. *Quaestionum*.—Quaeris, si pacta sit mulier vel ante nuptias, vel post nuptias, ut ex fundi fructibus, quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur, an valeat pactum? Dico, si ante nuptias id convenerit, valere pactum, eoque modo minorem dotem constitutam; post nuptias vero, quum onera matrimonii fructus relevaturi sunt, iam de suo maritus paciscitur, ut dimittat creditorem, et erit mera donatio.

29. SCAEVOLA libro II. *Responsorum*.—Quum maritus, qui aestimata praedia in dotem accepit, manente matrimonio pactus est circumscri-

§ 1.—Si engañado por error no retuvo el marido la dote, que en virtud de pacto pudo retener á nombre de su hija, fué constante que la hija, que hubiere quedado siendo heredera única del padre, y en parte de la madre, no reclama injustamente ante el árbitro de la división el cobro preferente de la dote malamente pagada por el padre.

§ 2.—Cuando entre el padre y el yerno se convino, que, fallecida la hija en el matrimonio sin hijos, la dote se restituya al padre, debe entenderse que se convino esto entre los contratantes, que, fallecida la hija sobreviviéndole hijos, se retenga la dote; y no se separará la porción dada por causa de aumento de la dote, si después no se conviniera ninguna otra cosa.

§ 3.—Se convino, que la mujer fuera llevada, á donde quiera que fuese, á costa del marido, y por esto la mujer, atendida al pacto conforme á las cartas del marido, se dirigió á la provincia, en que ejercía de centurión; no habiéndose observado la fé de la convención, aunque no compete ninguno acción directa, se ha de dar sin embargo la útil por el hecho.

§ 4.—Al prometer por sí dote una hija pactó, que si hubiese fallecido sin hijos en el matrimonio, se pague la dote á su madre; por el pacto de la hija no se adquiere acción alguna para la madre; pero si el heredero de la hija hubiere pagado á la madre el importe de la dote, obstará excepción al marido que contra lo pactado reclame la dote.

§ 5.—Estipuló el padre que se le diese la dote, si hubiese fallecido su hija casada; durante el matrimonio fué condenado por crimen capital; verificado después el divorcio ó disuelto el matrimonio por muerte del marido, falta la condición de la estipulación; pero si la mujer hubiere fallecido en el matrimonio, se adquiriría para el fisco en virtud de lo estipulado la acción de dote; pero renovadas las nupcias después del verdadero divorcio, no se cumplimenta á favor del fisco la estipulación, aunque la hija haya fallecido en el matrimonio, porque pertenece á las primeras nupcias.

27. EL MISMO; *Definiciones, libro I*.—Si la mujer que, perdidos los hijos, hubiera vuelto después de una separación, conviniera fingidamente, como por precio de la reconciliación, que no estuviera dotada, se ha de desaprobar por las costumbres la convención conforme á la naturaleza de la cosa que se hizo.

28. PAULO; *Cuestiones, libro V*.—¿Preguntas si será válido el pacto, si la mujer hubiera pactado ó antes de las nupcias, ó después de las nupcias, que con los frutos del fundo, que dió en dote, sea pagado un acreedor de la mujer? Digo, que si esto se hubiere convenido antes de las nupcias, es válido el pacto, y que de este modo se constituyó menor dote; pero que después de las nupcias, como los frutos han de levantar las cargas del matrimonio, el marido pacta ya respecto de lo suyo para pagar al acreedor, y será esto una mera donación.

29. SCAEVOLA; *Respuestas, libro II*.—Habiendo un marido, que habia recibido en dote predios estimados, pactado durante el matrimonio con obje-

(1) patri, Hal.

(2) matri, inserta la Vulg.

(3) perceptionem, Vulg.

(4) quoque, inserta Hal.

(5) uteretur, inserta Hal.

(6) morabatur, Hal.

(7) stipulatu, Hal. Vulg.

(8) concordia, inserta Hal. Vulg.

bendae mulieris gratia, ut praedia inaestimata essent, ut sine (1) periculo suo ea deteriora faceret, quaesitum est, an secundum priores dotales tabulas praedia aestimata remanerent, et periculum eorum ad maritum pertineret? Respondi, non idcirco id pactum, de quo quaereretur, impediri, quod in matrimonio factum esset, si deteriore loco dos non esset; nihilominus eo pacto admissio si deteriora praedia faceret, eo (2) etiam nomine dotis eum actione teneri.

§ 1.—Titius mulieris nomine dotem dedit, et stipulatus est in casum mortis et divortii; divortio secuto non repetita dote Titius decessit, mulier ex voluntate heredis eius redintegravit matrimonium; quaesitum est, an ex stipulatu dotem petere (3) possit? Respondi, heredem Titii, si consensisset, ut ea quantitas, quam ex stipulatu consequi potuerat, dotis reconciliato matrimonio fieret, posse pacti exceptione summoveri.

§ 2.—Mulier de dote, quam dedit, pacta est, ut, si in matrimonio decessisset, fratri eius redderetur, isque in eum casum stipulatus est; mulier decedens quasdam res dotales marito legavit et aliis, quosdam ex servis dotalibus manumisit; quaesitum est, an maritus earum nomine, quas legavit mulier, et servorum, quos manumisit, fratri teneretur? Respondi, nihil proponi, cur non teneretur, quum etiam heredes defunctae tam legatariis, quam libertatibus obnoxii sint.

30. TRYPHONINUS libro X. *Disputationum*.—Baebius Marcellus Baebio Marullo (4) dotis filiae suae nomine centena promiserat, et convenerat inter eos, ne ea dos constante matrimonio (5) peteretur, vel si post mortem patris in matrimonio sine liberis filia decessisset, ut dimidia dos apud Marullum remaneret, dimidia fratri mulieris restitueretur, eaque etiam in stipulationem deducta erant; mortuo Marcello, filio et filia superstibus, dote universa filiae praelegata Marullus nata filia diverterat, et mulier decesserat fratre suo et filia ex partibus aequis heredibus relictis; apud Petronium Magnum Praetorem Marullus ab herede filio Marcelli ex dotis promissione universam dotem petebat illa coniectura, quasi (6) inter duos placuisset, nullo filiorum extante mortua muliere partem dotis remanere apud maritum; magis convenisset utique, totam eius esse dotem, si filium filiamve habuisset. Ex diverso respondebatur, pacti quidem vulgaris exceptionem etiam heredi proficere, sed in specie, quae proponitur, non quasi heres mulieris ex persona defunctae se exceptione pacti tuebatur; sed ipse erat ille, qui etiam viva muliere, si ab eo dos peteretur, potuisset ea exceptione Marullum, quia divortium factum erat, summovere, eandemque defensionem etiam post mortem sororis suae retinebat. Itaque placuit, eum ab ea petitione absolvi nulla ex hac sententia facta derogatione fideicommissi petitioni, quam iure hereditario

to de engañar á la mujer, que los predios fuesen inestimados, para que sin riesgo propio los deteriorase, se preguntó, ¿permanecerían acaso estimados los predios conforme á las primeras escrituras dotales, y correspondería al marido el detrimento de los mismos? Respondi, que no se prohibía este pacto de que se trataba, precisamente porque hubiese sido hecho durante el matrimonio, si la dote no estuviese en peor estado; pero que aún admitido este pacto, si el marido deteriorase los predios, está obligado por la acción de dote también por este motivo.

§ 1.—Ticio dió dote en nombre de una mujer, y estipuló para el caso de muerte y de divorcio; sobrevenido el divorcio, murió Ticio sin haber repetido la dote, y la mujer volvió al matrimonio con consentimiento del heredero de aquel; se preguntó, ¿podría pedir la dote en virtud de lo estipulado? Respondi, que el heredero de Ticio, si hubiese consentido que, reconciliado el matrimonio, se hiciese de la dote la cantidad que había podido conseguir en virtud de lo estipulado, podía ser repelido con la excepción del pacto.

§ 2.—Una mujer pactó, respecto á la dote que dió, que si hubiese fallecido en el matrimonio, se le devolviese á su hermano, y este estipuló para este caso; al fallecer la mujer legó á su marido y á otros algunas cosas de la dote, y manumitió algunos de los esclavos de la dote; se preguntó, ¿está acaso obligado el marido al hermano por razón de las cosas, que legó la mujer, y de los esclavos, que manumitió? Respondi, que nada se proponía para que no estuviese obligado, como quiera que también los herederos de la difunta estén obligados así á los legatarios, como á las manumisiones.

30. TRIFONINO; *Disputas*, libro X.—Bebio Marcelo prometió ciento en dote en nombre de su hija á Bebio Marulo, y se había convenido entre ellos, que no se pidiese esta dote durante el matrimonio, ó que si después de la muerte del padre hubiese la hija fallecido sin hijos durante el matrimonio, quedase la mitad de la dote en poder de Marulo, y la otra mitad se restituyese al hermano de la mujer, lo que también había sido comprendido en estipulación; muerto Marcelo, sobreviviéndole un hijo y una hija, prelegada toda la dote á la hija, se había divorciado Marulo después de haberle nacido una hija, y había fallecido la mujer habiendo dejado herederos por partes iguales á su hermano y á la hija; Marulo pedía ante el Pretor Petronio Magno toda la dote al heredero hijo de Marcelo en virtud de la promesa de la dote, por esta presunción, como si entre los dos se hubiese convenido, que, muerta la mujer sin quedar ningún hijo, parte de la dote permaneciese en poder del marido; y como si con más razón se hubiese convenido ciertamente, que toda la dote fuera de él, si hubiese tenido un hijo, ó una hija. Por el contrario, se respondía, que verdaderamente la excepción del pacto vulgar aprovechaba también al heredero, pero que en el caso, que se propone, no se amparará con la excepción del pacto por la personalidad de la difunta como heredero de la mujer; sino que él mismo era quien, aun viviendo la mujer, habría podido,

(1) ne (en lugar de ut sine), Hal.

(2) ea (omitiendo etiam—eum), Hal.

(3) repetere, Hal. Vulg.

(4) Según conjetura Geb.; Maryllo, Taur.

(5) sine liberis, inserta Hal.; sine liberis a filia, inserta la Vulg.

(6) quia si (en lugar de quasi), Hal.

per filiam heres uxoris Marullus in parte dimidia habebat.

31. SCAEVOLA libro III. Quaestionum.—Si inter virum et uxorem convenit, ut extremi anni matrimonii fructus nondum percepti mulieris lucro fiant, huiusmodi pactum valet.

32. IAVOLENUS libro VI. ex Posterioribus Labeonis.—Uxor viro fundum aestimatum centum in dotem dederat, deinde cum viro pactum conventum fecerat, ut divortio facto eodem pretio uxori vir fundum restitueret (1); postea volente uxore vir eum fundum ducentorum (2) vendiderat, et divortium erat factum; Labeo putat, viro potestatem fieri debere, utrum velit ducenta, vel fundum redere, neque, ei pactum conventum remitti oportere. Idcirco puto hoc Labonem respondisse, quoniam voluntate mulieris fundus venit, alioquin omnimodo fundus erat restituendus.

§ 1.—Si pater filiae nomine certam pecuniam in dotem promiserat, et pactus est, ne invitus eam solveret, nihil ab eo exigendum puto, quia id, quod pacto convento, ne invitus exigeretur, convenerit, in dotis causam esse non videretur.

TIT. V

DE FUNDO DOTALI

[Cf. Cod. V. 23.]

1. PAULUS libro XXXVI. (3) ad Edictum.—Interdum lex Iulia de fundo dotali cessat, si ob id, quod maritus damni infecti non cavebat, missus sit vicinus in possessionem dotalis praedii, deinde iussus sit possidere; hic enim dominus vicinus fit, quia haec alienatio non est voluntaria.

§ 1.—Sed et per universitatem transit praedium, secundum quod possibile est, ad alterum, veluti ad heredem (4) mariti, cum suo tamen iure, ut alienari non possit.

2. ULPIANUS libro V. de adulteriis.—Si maritus fuerit in servitutum redactus, an dominus alienare hunc fundum non possit? Quod puto esse verius.

§ 1.—Quare et si ad fiscum pervenerit, nihilominus venditio fundi impeditur, quamvis fiscus semper idoneus successor sit, et solvendo.

3. PAULUS libro XXXVI. (5) ad Edictum.—Fun-

si á él se le pidiese la dote, repeler con excepción á Marulo, porque se había verificado el divorcio, y que la misma defensa conservaba aún después de la muerte de su propia hermana. Y en su consecuencia se determinó, que él fuera absuelto de esta petición sin que por esta sentencia se hiciera derogación alguna á la petición del fideicomiso, que por derecho de herencia tenía Marulo, heredero de la mujer, en representación de su hija, respecto á la mitad.

31. SCAEVOLA; Cuestiones, libro III.—Si entre el marido y la mujer se convino, que los frutos aún no percibidos del último año del matrimonio redundaran en provecho de la mujer, es válido semejante pacto.

32. IAVOLENO; Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro VI.—Una mujer había dado en dote á su marido un fundo estimado en ciento, y después había hecho con su marido un pacto convenido, para que, verificado el divorcio, el marido restituyese el fundo por el mismo precio á la mujer; posteriormente, el marido había vendido en doscientos aquel fundo con el consentimiento de la mujer, y se había verificado el divorcio; opina Labeon, que debía darse al marido facultad para devolver, según quisiera, ó los doscientos, ó el fundo, y que no debía remitirse el pacto convenido. Creo que Labeon respondió esto, porque el fundo fué vendido con voluntad de la mujer, pues de otro modo, se debía restituir el fundo.

§ 1.—Si el padre había prometido en dote cierta cantidad en nombre de la hija, y pactó, que no la pagaría contra su voluntad, opino que nada se le ha de exigir, porque lo que por pacto convenido se hubiere concertado que no se le exigiera contra su voluntad, no se consideraría que estaba constituido en dote.

TÍTULO V

DEL FUNDO DADO EN DOTE

[Véase Cod. V. 23.]

1. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXVI.—A veces deja de ser aplicable la ley Julia sobre los fondos dotales, por ejemplo, si porque el marido no daba caución por daño inminente hubiera sido puesto el vecino en posesión del predio dotal, y después se le hubiera mandado poseerlo; porque en este caso el vecino se hace dueño, porque esta enajenación no es voluntaria.

§ 1.—Pero también por título universal pasa un predio, en cuanto es posible, á otro, por ejemplo, al heredero del marido, pero con su propio derecho, de suerte que no pueda ser enajenado.

2. ULPIANO; De los adulterios, libro V.—Si el marido hubiere sido reducido á esclavitud ¿caso no podría el señor enajenar este fundo? Esto creo que es lo más cierto.

§ 1.—Por lo cual, también si hubiere ido á poder del fisco, se prohíbe sin embargo la venta del fundo, aunque el fisco sea siempre sucesor idóneo y solvente.

3. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXVI.

(1) Taur.; praestitueret, el código Fl., Br.

(2) ducentis, Hal. Vulg.

(3) XXXV., Hal.

(4) ab herede, Hal.

(5) XXXV., Hal.

us dotali (1) servo legatus ad legem Iuliam pertinet, quasi dotalis.

§ 1.—Toties autem non potest alienari fundus, quoties mulieri actio de dote competit, aut omnimodo competitura est.

4. GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale.—Lex Iulia, quae de dotali praedio prospexit, ne id marito liceat obligare aut alienare, plenius interpretanda est, ut etiam de sponso idem iuris sit, quod de marito.

5. ULPIANUS libro II. de omnibus Tribunalibus.—Iulianus libro sextodecimo Digestorum scripsit, neque servitutes fundo debitas posse maritum amittere (2), neque ei alias imponere.

6. IDEM libro V. de adulteriis.—Sed nec libertas servitutis urbano praedio dotali debita competit, ne per hoc deterior conditio (3) praedii (4) fiat.

7. IULIANUS libro XVI. Digestorum.—Si maritus fundum Titii servientem dotali praedio adquisierit, servitus confunditur. (Sed si eundem Titio reddiderit sine restauratione servitutis, hoc marito imputabitur) (5), et hoc casu maritus litis aestimationem praestabit; quodsi maritus solvendo non erit, utiles actiones adversus Titium mulieri ad restaurandam servitutum dantur.

§ 1.—Sed quum uxor fundum, cui praedia viri servitutum debebant, in dotem dat, fundus ad maritum pervenit amissa servitute; et ideo non potest videri per maritum ius fundi deterius factum. Quid ergo est? Officio de dote iudicantis continebitur, ut reintegrata servitute iubeat fundum mulieri vel heredi eius reddi.

8. ALFENUS libro III. Digestorum a Paulo epimatomorum.—Vir in fundo dotali uxoris rogatu olivetum succiderat ad (6) hoc, (ut) novellum reponeret; postea vir mortuus erat, et uxori dotem relegaverat; ligna, quae ex oliveto excisa essent, oportere mulieri (7) reddi respondit.

9. AFRICANUS libro VIII. Quaestionum.—Si marito debitori fundi id, quod debet, doti mulier promiserit, dotalem fundum effici.

§ 1.—Quodsi ei promittat, qui fundum, aut decem debuit, in arbitrio esse mariti, quod in dote sit (8).

§ 2.—Quodsi Stichum, aut fundum debuit maritus, et quod debet, doti ei promissum sit, Sticho mortuo fundum in dotem esse.

§ 3.—His consequens esse ait, ut si Cornelianum, aut Sempronianum fundum debenti id, quod debet, doti promissum sit, utrum eorum dotalem esse malit, hunc dotis esse (9), plane utrum velit, alienaturum, alterum alienari non posse; si tamen

—El fundo legado al esclavo dado en dote se comprende en la ley Julia, como si fuera dotal.

§ 1.—Mas no se puede enajenar el fundo, siempre y cuando compete á la mujer, ó de todos modos le ha de competir, la acción de dote.

4. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI.*—La ley Julia, que provée respecto al predio dotal, para que no le sea lícito al marido obligarlo ó enajenarlo, ha de ser interpretada más latamente, de suerte que también respecto al esposo haya el mismo derecho, que en cuanto al marido.

5. ULPIANO; *De todos los Tribunales, libro II.*—Escribió Juliano en el libro décimo sexto del Digesto, que el marido no puede perder las servidumbres debidas á un fundo, ni imponerle otras.

6. EL MISMO; *De los adulterios, libro V.*—Pero tampoco compete la liberación de la servidumbre debida á un predio urbano dotal, para que por esto no se haga peor la condición del predio.

7. JULIANO; *Digesto, libro XVI.*—Si el marido hubiere adquirido un fundo de Ticio, sirviente de un predio dotal, se confunde la servidumbre. (Pero si se lo hubiere devuelto á Ticio sin restablecer la servidumbre, esto se le imputará al marido), y en este caso el marido responderá de la estimación del litigio; pero si el marido no fuere solvente, se le dan á la mujer contra Ticio las acciones útiles para restablecer la servidumbre.

§ 1.—Mas cuando la mujer dá en dote un fundo, al que debian servidumbre predios del marido, el fundo vá á poder del marido habiendo perdido la servidumbre; y por esto no puede considerarse que por el marido se hizo peor el derecho del fundo. ¿Qué se dirá, pues? Que en las atribuciones del que juzgue sobre la dote estará comprendido mandar que, reintegrada la servidumbre, se devuelva el fundo á la mujer ó á su heredero.

8. ALFENO; *Digesto compendiado por Paulo, libro III.*—A ruego de la mujer había cortado el marido un olivar en un fundo dotal, para esto, para replantar otro nuevo; después había muerto el marido, y relegado la dote á la mujer; respondió, que se debía devolver á la mujer la madera, que se hubiese cortado del olivar.

9. AFRICANO; *Cuestiones, libro VIII.*—Si al marido, deudor de un fundo, la mujer le hubiere prometido en dote lo mismo que le debe, el fundo se hace dotal.

§ 1.—Pero si se lo prometiera á quien le debió un fundo ó la cantidad de diez, está á arbitrio del marido, qué es lo que haya de estar en dote.

§ 2.—Mas si el marido debió Stico ó un fundo, y se le hubiera prometido en dote lo que debe, muerto Stico, está en dote el fundo.

§ 3.—Y dice que á esto es consiguiente, que si al que debía el fundo Corneliano, ó el Semproniano, se le hubiera prometido en dote lo que debe, está en dote el que de los dos prefiriera que fuese dotal, y enajenará, á la verdad, el que quiera de los

(1) dotalis, *Vulg.*

(2) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; mittere, la escritura original, *Br.*

(3) dotalis, inserta la *Vulg.*

(4) urbani, inserta la *Vulg.*

(5) *Br.* encierra desde Sed hasta imputabitur dentro de un parentesis; pero no *Taur.*

(6) *Hal. Vulg.*; ad, omitela el código *Fl.*

(7) vel eius heredi, inserta la *Vulg.*

(8) decem, an fundus, adiciona la *Vulg.*

(9) *Hal.*; hunc dotis esse, omitelas el código *Fl.*

alienum (1) rursus redimat, adhuc in eius potestate est, an eum, quem retinisset, alienare (2) velit;

10. PAULUS libro V. *Quaestionum*.—erit ergo potestas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio. Numquid ergo etiam illo nondum redempto alterum quoque alienare possit, quia potest alterum redimere, an hoc non debet recipi, ut nullus in dote sit? Certe ex postfacto videbitur recte alienatus illo postea redempto.

11. AFRICANUS libro VIII. *Quaestionum*.—Quodsi fundus in dotem aestimatus datus sit, ut electio esset mulieris, negavit, alienari nullum posse; quodsi arbitrio mariti sit, contra esse;

12. PAPINIANUS libro I. (3) *de adulteriis*.—etiam si (4) diremto matrimonio dotale praedium esse intelligitur.

§ 1.—Soceri voluntas in distrahendo dotali praedio nulla est.

13. ULPIANUS libro V. *de adulteriis*.—Dotale praedium accipere debemus tam urbanum, quam rusticum; ad omne enim aedificium lex Julia pertinebit.

§ 1.—Praedii appellatione etiam pars continetur. Proinde sive totum praedium in dotem sit datum, sive pars praedii, alienari non poterit; et hoc iure utimur.

§ 2.—Dotale praedium sic accipimus, quum dominium marito quaesitum est, ut tunc demum alienatio prohibeatur.

§ 3.—Hereditate quoque mulieris idem auxilium praestabitur, quod mulieri praestabatur.

§ 4.—Si uxore herede instituta fundus dotalis fuerit legatus, si quidem deductis legatis mulier quantitatem dotis in hereditate (5) habitura est, valet legatum; si minus, an non valeat, quaeritur. Scaevola (6), et si non totus, sed vel aliqua pars ex eo vindicari possit, si modo aliqua pars ad dotem supplendam desit, id duntaxat ex eo remanere apud mulierem ait, quod quantitati dotis deest.

14. PAULUS libro III. *de adulteriis*.—Si nuptura Titio voluntate eius fundum dotis nomine Maevio tradit, dos eius conditionis erit, cuius esset, si ipsi Titio fundum tradidisset.

§ 1.—Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit, dotalis fundus erit; propter uxorem enim videtur is fundus ad maritum pervenisse.

§ 2.—Si fundum alienum mulieri debeat maritus, eumque mulier ei dotis nomine promiserit, in pendenti erit, et tunc fiet dotalis, quum ad eum pervenerit.

§ 3.—Si fundum legatum sibi dotis causa mulier

dos, pero el otro no puede ser enajenado; mas si de nuevo comprase el enajenado, aún está en su facultad enajenar, si quisiera, el que hubiese retenido;

10. PAULO; *Cuestiones, libro V*.—será, pues, variable la facultad de la ley, porque estuvo en dote la obligación. Luego, ¿podrá acaso enajenar también el otro aún sin haber recuperado todavía aquel, porque puede recuperarlo, ó no debe admitirse esto, para que no deje de estar en dote alguno? Ciertamente que por lo hecho posteriormente se considerará bien enajenado, habiendo sido después recuperado aquel.

11. AFRICANO; *Cuestiones, libro VIII*.—Pero si hubiera sido dado en dote un fundo estimado, de suerte que la elección fuese de la mujer, dijo que el fundo no podía ser enajenado; pero que si estuviera al arbitrio del marido, sería lo contrario;

12. PAPINIANO; *De los adulterios, libro I*.—mas aunque se haya disuelto el matrimonio, se entiende que el predio es dotal.

§ 1.—Es nula la voluntad del suegro para enajenar un predio dotal.

13. ULPIANO; *De los adulterios, libro V*.—Debemos entender que es dotal un predio, así urbano, como rústico; porque la ley Julia será aplicable á todo edificio.

§ 1.—En la denominación de predio se comprende también una parte. Por consiguiente, ya si se hubiera dado en dote todo un predio, ya si una parte del predio, no podrá enajenarse; y este derecho observamos.

§ 2.—Entendemos que es dotal el predio de este modo, cuando para el marido se adquirió el dominio, de suerte que solo entonces esté prohibida su enajenación.

§ 3.—También al heredero de la mujer se le prestará el mismo auxilio, que se le prestaba á la mujer.

§ 4.—Si instituida heredera la mujer hubiere sido legado el fundo dotal, si deducidos los legados hubiera de tener ciertamente la mujer en la herencia el importe de la dote, es válido el legado; pero si no, preguntase, si no valdrá. Scaevola dice, que aún cuando con él no pueda reivindicarse todo entero, sino sólo alguna parte, si falta alguna parte para completar la dote, queda de aquel en poder de la mujer solamente lo que falta para el importe de la dote.

14. PAULO; *De los adulterios, libro III*.—Si la que se habia de casar con Ticio entregó con la voluntad de este un fundo á Maevio á título de dote, la dote será de la misma condición que sería, si hubiese entregado el fundo al mismo Ticio.

§ 1.—Si en nombre de la mujer hubiere alguno dado un fundo en dote, el fundo será dotal; porque se considera que por causa de la mujer fué este fundo á poder del marido.

§ 2.—Si el marido debiera á la mujer un fundo ajeno, y la mujer se lo hubiere prometido á título de dote, estará en suspenso, y entonces se hará dotal, cuando hubiere ido á su poder.

§ 3.—Si por causa de dote hubiere repudiado la

(1) alienatum, Hal. Vulg.
 (2) Hal. Vulg.; alienari, el código Fl.
 (3) singulari, Hal.
 (4) Etiam (omittendo si), Hal.

(5) Hal.; hereditatem, el código Fl.
 (6) respondit, non valere, sed si totus fundus ex hereditate retineri possit, solidum legatum deberi, inserta la Vulg.

repudiaverit, vel etiam substituto viro omiserit hereditatem vel legatum, erit fundus dotalis.

15. PAPINIANUS *libro III. Responsorum.*—Dotale praedium, cuius vir possessionem retinuit, post literas ad uxorem emissas, quibus dotis non fore praedium declaravit, in matrimonio defuncta muliere virum retinere placuit, quia mulier actionem ex pacto non habuit.

16. TRYPHONINUS (1) *libro XI. Disputationum.*—Si fundum, quem Titius possidebat bona fide, et (2) longi temporis possessione poterat sibi quaerere, mulier ut suum marito dedit in dotem, eumque petere neglexerit vir, quum id facere posset, rem periculi sui fecit; nam licet lex Julia, quae vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiusmodi acquisitionem, non tamen interpellat eam possessionem, quae per longum tempus fit, si, antequam constitueretur dotalis fundus, iam coeperat. Plane si paucissimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt, nihil erit, quod imputabitur marito.

17. MARCIANUS (3) *libro VII. Digestorum.*—Fundum dotalem maritus vendidit et tradidit; si in matrimonio mulier decesserit, et dos lucro mariti cecidit, fundus emtori avelli non potest.

18. IAVOLENUS *libro VI. ex Posterioribus Labeonis.*—Vir in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerat; divortio facto quaeritur, marmor, quod caesum neque exportatum esset, cuius esset, et impensam in lapidicinas factam mulier, an vir praestare deberet? Labeo marmor viri esse ait; ceterum viro negat quidquam praestandum esse a muliere, quia nec necessaria ea impensa esset, et fundus deterior esset factus. Ego non tantum necessarias, sed etiam utiles impensas praestandas a muliere existimo, nec puto fundum deteriorem esse, si tales sunt lapidicinae, in quibus lapis crescere possit.

§ 1.—Si per mulierem mora fieret, quominus aestimationem partis fundi viro solveret, et fundum reciperet, quum hoc pactum erat, fructus interim perceptos ad virum pertinere ait Labeo. Puto potius pro portione fructus virum habiturum, reliquos mulieri restitutum; quo iure utimur.

(1) *Taur.*; Tryphoninus, *el código Fl.*

(2) *Hal. Vulg.*; et, *omitela el código Fl.*

mujer el fundo que se le legó, ó también si habiéndole sido sustituido su marido no hubiere aceptado una herencia ó un legado, el fundo será dotal.

15. PAPINIANO; *Respuestas, libro III.*—El predio dotal, cuya posesión retuvo el marido después de haber enviado á la mujer una carta, en la que declaró que el predio no había de ser de la dote, se determinó, que, fallecida la mujer en el matrimonio, lo retuviera el marido, porque la mujer no tuvo acción nacida del pacto.

16. TRIFONINO; *Disputas, libro XI.*—Si como suyo dió la mujer á su marido en dote el fundo, que Ticio poseía de buena fé, y que por la posesión de largo tiempo podía adquirir para sí, y el marido hubiere descuidado reclamarlo, pudiendo hacer esto, hizo que la cosa estuviera á su riesgo; porque aunque la ley Julia, que veda que se enajene un fundo dotal, sea aplicable también á semejante adquisición, no interrumpe, sin embargo, la posesión que se adquiere por largo tiempo, si había comenzado ya antes que el fundo hubiese sido constituido dotal. Pero si faltaron poquitos días para que se completase la posesión de largo tiempo, no habrá nada que se le impute al marido.

17. MARCIANO; *Digesto, libro VII.*—El marido vendió y entregó un fundo dotal; si la mujer hubiere muerto en el matrimonio, y la dote cedió en lucro del marido, no se le puede quitar el fundo al comprador.

18. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro VI.*—Un marido había abierto canteras de mármol en un fundo dotal; habiéndose verificado el divorcio, se pregunta, ¿de quién sería el mármol que se hubiese cortado y no exportado, y debería pagar la mujer ó acaso el marido los gastos hechos en las canteras? Labeon dice, que el mármol es del marido; pero niega que al marido se le haya de dar cosa alguna por la mujer, porque los gastos no fuesen necesarios, y se hubiese deteriorado el fundo. Yo opino, que se han de abonar por la mujer no solamente los gastos necesarios, sino también los útiles, y no considero que el fundo esté deteriorado, si las canteras son tales, que en ellas pueda crecer la piedra.

§ 1.—Si por la mujer se causase mora no pagando al marido la estimación de parte del fundo, y no recibiendo el fundo, habiéndose pactado esto, dice Labeon, que pertenecen al marido los frutos percibidos entretanto. Yo más bien creo que el marido habrá de tener los frutos á proporción, y que habrá de restituir los demás á la mujer; cuyo derecho practicamos.

(3) *Marcellus, Hal.*